DE GEOPONICORUM CODICIBUS MANUSCRIPTIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE ERLANGENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HENRICUS BECKH.

ERLANGAE.

TYPIS JUNGII ET FILII.

MDCCCLXXXVI.

De Geoponicorum codicibus manuscriptis

disputavit

Henricus Beckh.

De re rustica universa quamquam Varro in primi libri, quem ipse de ea composuit, exordio (R. R. I, 1 p. 90. 91 ed. Bip.) Graece scripsisse dispersim alium de alia re plus quinquaginta dicit, hodie Graeco sermone soluto scriptum unum exstat opus, Geoponicorum collectio a Romanorum qui aetatem tulerunt libris toto caelo differens. Illic quattuor viri, quorum duo multis posterorum scriptis celebrantur, pro se quisque offerunt opus universam rem rusticam complectens et tamen haud ita longum, suam quodque aetatem suique auctoris ingenium adeo redolens, ut, quod ex aliorum libris depromptum est et quod ipsi tradunt experientia docti, quasi in unum coaluisse corpus videatur: hic occurrit multitudo auctorum, quorum magnam partem ex solis fere Geoponicis novimus, qui sicut illi Varroniani dispersim alius de alia re scripserunt, quorum praecepta nobis traduntur ab epitomatore quodam Byzantino viginti libris amplissimis, additis sane auctorum nominibus et sine dubio saepe ipsorum verbis, sed adeo mixta aliorum ipsiusque sententiis, ut, quid cuiusque sit, discerni nequeat.

Hac praecipue causa videtur factum esse, ut, cum Latinos rerum rusticarum scriptores qui tractarent viri docti nunquam defuerint, Geoponica postquam Graeca lingua tribus saeculis ter edita sunt — primum 1539 Basileae a Brassicano, iterum 1704 Cantabrigiae a Needhamio, tertium 1781 Lipsiae a Niclasio —, per totum saeculum nostrum instar fuerint agri inculti. Qui enim disputaverunt de eis pauci, velut Meyer, Geschichte der Botanik, Königsbg. 1857, Rose, Aristoteles Pseude-

pigraphus, Lpz. 1863, Lagarde, Gesammelte Abhandlungen, Lpz. 1866, Raynal, Etude sur le Géoponiques, Annuaire de la société pour l'encouragement des études Grecques en France 8me année, Rambaud, l'Empire Grec au Xme siècle, Paris 1870, Löw, Aramäische Pflanzennamen, Lpz. 1881, ad ipsum opus emendandum aut pauca aut nihil attulerunt. Ne ei quidem, qui nuperrime Geoponicorum fontes indagare instituit volumine satis amplo — Gemoll, Ueber die Quellen, den Verfasser und die Abfassungszeit der Geop., Berl. 1883 —, semper cordi fuit, ut quos tractaturus esset locos antea sanaret collationum ope, quas Max Treu ei suppeditaverat, sed plerumque satis habuit apparatum Niclasii duobus aliis codicis Guelferbytani collationibus augere. Quamquam fieri non potest, quin, qui nunc ad ea accedat omnibus nostrae aetatis adminiculis instructus, Geoponica tamquam nova veste induta proferat Niclasianae dissimillima. Sane res est immensi laboris, cum ne fundamentum quidem aedificii Niclasiani nostrae aetatis doctrinae satisfaciat. Neque enim ille omnes quos noverat libros manu scriptos ad editionem adhibuit, neque quae inter eos, quibus usus est, intercederet cognatio, quanti quisque aestimandus esset, exposuit, neque in ullo codice quae aliter leguntur habet omnia, ne in Guelferbytano quidem, quem a Gudio dicat excussum esse cum pulvisculo; nam, id quod eum excusat, ne unum quidem codicem suis vidit oculis.

Needhamius quid de codicibus suis censuerit si quaerimus, Baroccianus 54. maximi facere videtur codicem Baroccianum 54 bibliothecae Bodleianae Oxoniensis, quem quidem editis Geoponicis magis curtum, sed omnium, quos adhuc sibi videre contigerit, longe emendatissimum appellat. Quod si quis illo Needhamium diligentius usum esse putet quam ceteris, vehementer erret; neque enim solum multas lectiones, vel si ipsius rationem amplexamur, haud spernendas omisit, sed ne huius quidem rei mentionem facit, quod libri et initium et finis multo post addita sunt alia manu. Quid? quod eum plane fugisse videtur verba illa argumenti libri VII a Niclasio e Palat. 1 notata etiam in Barocciano legi? Hi eorum quae profert de Cassiano Geoponicorum auctore testes sunt multo graviores quam inscriptio libri Barocciani, qua in Prolegomenorum p. IV nititur.

Quare cum ipse hunc librum denuo totum contulissem, haec repperi: Cum scriptus sit in charta, cuius signum est WT, Ne

utique errat, quod eum aetate illo Cottoniano mutilo, quem quadringentis ad minimum annis ante aetatem suam exaratum esse putat, vix inferiorem esse dicit. Scriptio quidem aetatem ostendit non multo inferiorem cum omnium litterarum ordine et elegantia tum singularum formis; cum enim eae, quae iam saeculo XII et XIII usu veniunt, formae passim occurrant, velut ϊ semper, ϋ raro duobus punctis distinctum (Gardthausen, Griech. Palaeographie, Lpz. 1879 p. 193 et 208), ι mutum neque subscriptum neque adscriptum (ibid. p. 203), spiritus rotundus (p. 286), aliae ibidem descriptae (β p. 200, γχ p. 209, ην, ν p. 204, ϱ, τϱ p. 206, ψ, ω p. 209), saeculi XIV indicia velut litterarum τελ, λ (p. 204), οϱ, οσ; επι (p. 205), εϱ, τϱα (p. 206), τ (p. 208) formas perraro, XV vero velut ί uno puncto distinctum (p. 203), alia (λ p. 204, ϱ, τϱ p. 206, φ p. 208) nusquam invenias. Itaque puto exaratum esse hunc librum medio saeculo XIV. Foliorum 260, quorum forma est 20 × 15 cm., verba occupant 15 × 8 cm. versibus 18, in foliis 9—18 et 242—249 versibus 15: nam cum ff. 1—20, quae lib. I, et ff. 242—260, quae ll. XIX et XX continent, adderentur saeculo XV vel XVI ex codice deteriore, duo librarii operam sic inter se partiti sunt, ut, postquam alter ff. 1—8 et ff. 250—257, alter ff. 9—18 et ff. 242—249 perfecit ff. 19, 20, 258—260 vacua relinquens, alter alterius scriptum corrigeret, id quod e scriptione, atramento, numero versuum facile cognoscitur. Iidem in vetere codice pauca correxerunt.

Hic incipit in f. 21 ab indice capitum 1—28 libri II hac rubrica: *Ἐκ τῶν περι* (sic!) *γεωϱγίας ἐκλογῶν κασσιανοῦ βάς | σου σχολαστικοῦ βιβλίον δεύτεϱον πεϱιέχον τάδε*:, quae in fine folii usque ad *σχολαστικοῦ* repetitur. Sequuntur in f. 22 fragmenta l. I c. 2 et 3 sub hoc titulo: *Ἐκ τοῦ πϱώτου βϊβλίου πϱογνωστικὰ εὔδιει | νοῦ ἀέϱος*: In vicesimo tertio denique folio sub hac rubrica: *βιβίον* (sic!) *δεύτεϱὸν*: postquam a lib. II c. 1 his verbis: *ἐκ τοῦ δευτέϱου τοῦ πεϱὶ γεωϱγίας βιβλίου*: | *Ὅτι πολὺ κτλ.* continua initium cepit oratio, nulla parte maiore relicta per omnes libros pergit usque ad XIX 6 § 12, quae in f. 239 explicit his verbis: *εὐδιαφοϱεῖν ποιεῖ τὸ ζῶον*: Folia 240 et 241 a priore librario omissa recentior cum inscribere vereretur, in f. 242 demum a l. XIX denuo orsus est. Omnes partes antiquiores, quin etiam maior pars notarum in margine additarum eadem manu perscriptae sunt. Omnibus his indiciis efficitur cod.

Baroccianum nunquam fuisse integrum, sed eius unde manavit codicis deperditum fuisse initium praeter nonnulla folia. Utrum etiam finis illi defuerit, an librarius Baroccianus opus non perfecerit, cum nulla exstet subscriptio, adhuc dubium est.

Quodsi his membris in Bar. quasi decurtatis eo solo niti vetamur, ne iis quidem, quae relinquuntur, fidem habere licet tantam, quantam videtur habuisse Needhamius. Aliquot quidem locis quin unus omnium illius codicum veram praebeat lectionem, dubitari non potest, ut IX 9, 7 *πρῶτον μὲν ὅσων* (l. *ὅσον*) *ἦν ὑγρὸν*, ubi ceteri *πρῶτον ἢ μέσον*, et *ὅσον ἐλείπετο ὑγρὸν*, ubi ceteri *ἔλιπε τὸ*, vel XV 7, 2 *βραδὺ ἀποσπασθὲν παχὺ ἀναφερέσθω καὶ προςέστω*, ubi ceteri *βραδὺ ἀπωσμένω συνάψας ἀφαιρείσθω καὶ προσενούσθω*. Multi porro in eo servantur loci minus ampli, qui in reliquis codicibus plerumque verborum similitudine exciderunt, ut II 26, 6. IX 9, 3. 32, 1. X 7, 8. XVIII 2, 7, alii, quos iam Ne. notavit, et XIV 6, 6 *μετακομίσας κίονας* [*τὸν ἀριθμὸν ὀκτώ, ἄλλοτε δὲ πλείονας*] et paulo post [*ἐπίστυλα . . . . λιθίνων*] *ἐπιστύλων*, quorum prior illum fugit. Sed neque ipse, qui scripsit Baroccianum, hoc vitium semper vitavit, velut V 8, 11. 30, 2. VII 12, 8. VIII 27, 3. XIX 6, 3, et multa praeterea peccavit, ut IV 13, 2 *καλλίκω* et *καλλίνος* pro *γαλλίκω* et *καλλίονος*, V, 2, 13 *δενδρίδας* pro *δενδρίτιδας*, 27, 1 *δεκεβρίω καὶ ἰουννουαρίω*, 34. tit. *οὐϊνδαβιωνίου*, alia, neque omnino universa Geoponica tradere cogitavit, sed eas solum partes, quae sibi memoria dignae visae essent. Qua de causa praeter libri VI et VII argumenta omnia aut breviora reddidit aut plane omisit, saepe auctorum nomina praeteriit et quae de singulis regionibus traduntur propria, velut II 33, 5 *φασὶ* pro *ὁ δὲ Φλωρεντῖνός φησι* legimus, 21, 6 *σκευάζουσι — ξηραίνουσι* deest, medicamenta magica velut II 19 aspernatus est, si plura traduntur de eadem re, ut II 5. 6, id tantum, quod primum fors obtulit, recepit. Qua ratione factum est, ut magnam partem Geoponicorum in Bar. frustra requiras, velut l. II argumentum, c. 5, 7; 8; 10—16. 6. 10. 14, 4; 5. 15. 18, 5—11; 14—16. 19. 23, 6; 7. 27, 5—7. 28. 30, 3. 33, 3; 4. 34. 35, 3—8. 36, 2; 4. 39. 42, 2—6. 47. 48. 49.

Haec Barocciani vitia Niclasius etsi non noverat, tamen divinatione quadam illi diffisus cum praeferret Palatinum 207 ab ipso P(al.) 1 signatum, nihil mutavit nisi nomen. Qui cum utriusque codicis collationibus usus sit nequaquam absolutis, mi-

Palatinus 207.

rum non est, si librum chartaceum putavit esse veterrimum, si a filio mutilo confugit ad patrem paululo quidem vetustiorem, at neque integriorem neque, si mittas parvula, meliorem. Nam Bar. librarius Palatinum tanta exscripsit diligentia, ut non modo eadem quae ille verba in margine addiderit, velut II 4, 2 *χει-*
α
ρόβολον ad *παλαιστιαῖον,* 8, 1 *δασύτητα* (Bar. *δασύτατ*) ad *ἀμ-*
λ
φιλάφεια, V 16, 2 *ἀγκύρας δή* ad *μιᾶς*, nec menda aperta, velut III 11, 1 *πεπανθεἱας* pro *πεπανθεἱσας,* V 2, 18 *δρυδρίτιδας* = *δενδρίτ.,* VII 8, 4 *διστάζει* = *διαστάξει,* corrigere ausus sit, sed etiam, ubi litteris falsis rectae superscriptae erant, utrasque coniunctas receperit. Legimus igitur X 39, 1 *βραβηίλῳ* pro *βρα-*
ϊ *ϊ*
βήλῳ Pal., 45, 11 *κεγχριαμίδων* = *κεγχραμίδων* Pal., 59, 3 *γλυ-*
ἀπὸ
κεἱαν καὶ ἀπὸ σκληρᾶς = *γλυκεῖαν και σκλ.* Pal., 78, 2 *ὀρθονὰ*
ὰ ...
= *ὀρθὸν* Pal. Quae quidem nimia archetypi religio eum non impedivit, quominus Palatini verba sive socordia sive inscitia aut corrumperet, velut II 37, 1 *ἥων* pro *ἤγουν* P., III 1, 4 *βερι-κοκῆί* = *βερικοκκίας* P., XII 28, 1 *ὠφελιμήντατος* = *ὠφελιμώ-τατος* P., XV 2, 30 *κάλλου* = *κάλλει* P., multa alia, aut omitteret, ut II 27, 8 *φούκταν* in Pal. voci *χοίνικα* in margine adnotatum, quamquam illi ipse addidit glossematis signum ∸, II 45 tit. [*ἔργων — τῶν*] *ἐργατῶν* postea manu recentiore in margine suppleta, XV 2, 15 *οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη,* a rubricatore Pal. in margine adscripta, quin etiam totum caput de culicibus XIII 11, cuius quidem iam in Pal. particulae tantum paragraphi 1 et 3 supererant. Contra quae ibi in margine Pal. adscripta sunt m. rec: *κώνωπας ἀπελαύνει* | *καὶ μυίας* (?) *διώκει, κονίζα, ἐπιθυμιωμένη·* λιὶιὶ | *πγίσσαν* (*καὶ κυπαρίσσων*?) *σφαιρία* (?) *ξηρὰ* | *ἐπιθυμιώμενα* | *κώνωπες οὐ προσ* | *ἐλεύσονται προσώπω* | *ἀψινθίου μετ' ἐλαίου συγχριομένου αὐτῶ,* item XII 26, 3 *Εὔ-ζωμον ἢ ῥόκα,* XVI 1 *περὶ ἵππων,* XVIII 11, 1 *καλικατζοὶς,* multa alia librarius Bar. in Pal. nondum videtur invenisse, siquidem Ernestus Mau, qui, cum mihi ipsi totum Palatinum conferre per tempus non liceret, plenam collationem mihi suppeditavit, illarum glossarum nota rec. m. alium significavit librarium ac notis al. m. vel m. 2, quas verbis *ἀγκύρας δηλονότι* V 16, 2, *ἀπὸ* X 59, 3, multis aliis addidit etiam in Bar. receptis.

Scriptus est Pal. in ff. 181 chartaceis litteris vix antiquioribus, ut Baroccianum aetate non multum antecedere possit. Foliorum forma est 22 × 12 cm., quorum 16 × 9 cm. 20 vel 21 versibus sine lineis inscripti sunt. In fine f. 181 subscriptum est al. m. *τού* (*το* supra) *τῶ* (*ω* supra) *βιβλϊ ἔνε τοῦ* . . . (hic pauca sunt deleta) *καὶ ἐγώνασεν* (sic legit Mau) | *ἀπὲ τῶ κουρoὺ* . . *τῆς πόλεως*. Ceterarum rerum tanta est inter Bar. et Pal. congruentia, ut, quae de illo, praesertim de illius archetypo, dixi, in hunc quoque cadant.

Harleianus 5726. Tertius eiusdem et notae et, ut videtur, saeculi codex neque a Needhamio neque a Niclasio laudatus exstat Londini in Museo Britannico, Harleianus 5726 chart. foliorum 149, 22 × 15 centimetrorum magnitudine, quorum 14 × 9 manu prima 24, m. secunda 19 versibus inscripti sunt. Nam sicut Bar., ex codice integro alia sed una tantum manu suppletus est, ita tamen, ut initio (f. 1—14 v.) addatur index capitum omnium librorum, post l. I argumentum l. II (f. 28 v.), tum in f. 29 r. primae manus scriptura incipiat eisdem quibus Bar. Pal. verbis *ἐκ τῶν περὶ γεωργίας — περιέχον τάδε*, m. 2 oblitis. Item in f. 140 post verba m. 1 *ποιεῖ τὸ ζῶον* XIX 6, 12 librarius recentior non ut Bar. 2 omittit folia nec totum repetit l. XIX, sed nullo spatio intermisso statim pergit verbis *οἱ δὲ χοῖροι* XIX 6, 13. Unde apparet utrumque cod. suppletum esse altero non adhibito. Subscriptum nihil est, sed in f. 1 additum est m. rec. Colle. gen. Socie. Iesu Cat. inscrib.

148 A 4
5726
I
VI l.

Antiquam Harleiani partem percurrenti tanta se mihi obtulit notarum et mendorum cum Bar. et Pal. consensio, ut eam ex alterutro descriptam esse vere dicas. Perpauci mihi occurrerunt loci, ubi discrepant verba; tum lib. Harl. modo Palatinum sequi videtur, velut I 16 tit. om. Bar., servatus Pal. Harl., II 5, 1 Harl. Pal. *εὔυδρος*, Bar. *ἔννδρος* (*νυ* in ras.), 26, 2 H. P. *ἐντεῦθεν*, B. *ἐνταῦθα* m. 1 (m. 2 in *ἐντεῦθεν* corr.), 32, 3 *ἀφαιρεῖν χρὴ*, H. *ἀφερεῖ χρὴ*, B. *ἀφερῦ χρὴ*, 37, 1 P. *ἤγουν*, H. *ἤ=ἤ τοι*, B. m. 1 *ἤων*, m. 2 in *ἤ(τοι)ων* mutatum, III 1, 4 P. *βερικοκκί*, H. *βερικοκί*, B. *βερικοκηί*, modo Baroccianum, velut II 32, 2 P. *δεκάταις λίτραις μίαν* ⊃ *τὸν*, B. *μίαν ὥς τὸν*, sed *ὥς* m. 2 in ⊃ corr., H. *μίαν τὸν* omissa sigla (cett. mss. *δέκα λίτραν*

μίαν ἥμισυ· τὸν), 45 tit. Pal. ut editum, Bar. m. 1. *Ὅτι δεῖ τὸν ἐφεστῶτα ἐφημερίδα τῶν ποιεῖσθαι*, sed m. 2 *ποιεῖσθαι* oblitum et *ἔχειν* supra scriptum, verba *καὶ πῶς — ποιεῖσθαι* in mg. suppleta sunt, Harl. *Ὅτι δεῖ τὸν ἐφεστῶτα ἔχει φῆ μερίδα τῶν ἔργων ἔχει καὶ κτλ.*, ut illud *ἔχειν* Barocciani prius falso, tum cum reliquis suo loco receptum esse videatur, V 19, 1 P.
ϊ
χωρίον, B. *χωράφιν*, H. *Χωράφιον*, X 45, 11 P. *κεγραμίδων*, B. H. *κεγχριαμίδων*, 49, 1 P. *συκῆν δὲ*, B. H. *συκῆνην*. Quaestionem si quis cupiat dirimere, Harleianum totum conferat necesse est. Ego non faciam, cum praeter hos tres codices alium habeamus eiusdem familiae sed longe integriorem.

Est cod. Marcianus coll. Zanetti 524 chartaceus in 4⁰ foliorum 292. In catalogo additur: saeculi circiter XIV, nec adversantur litterae minutim et leviter exaratae eis, quas Gardthausen in tab. X et XI affert simillimas — cf. in primis tab. X *β* 9, 10, 14—17 et *λ* 9, 10, 14, 15, 17 et tab. XI *λ* 7, 8. — eaedemque saepissime superscriptae vel siglis correptae. Librariorum vel possessorum notas nusquam inveni. ff. 1—190 continent varia Prodromi, Constantini Quaestoris, Michaelis Pselli minoris, Georgii Choerobosci, Theodori Balsamonis, Calliclis; inde usque ad medium f. 292 v traduntur Geoponica; reliquam paginam trium versuum spatio intermisso tenet disputatiuncula de decem categoriis, cuius initium: *νυνὶ δὲ περὶ τῶν πραγμάτων λεκτέον· ἃ δή τινες δέκα κατηγορίας καλοῦσιν*, finis *ἐχαλινωμένος εἱστήκει· ἔτι δὲ περὶ τῶνδε* | ; denique sequuntur 5 folia alius chartae. Marcianus 524.

Geoponica a medio argumento l. I incipiunt his verbis: *Ἀρχὴ σὺν θεῶ τοῦ βιβλίου τῶν περὶ γεωργίας ἐκλογῶν: κασσϊανοῦ βάσσου σχολαστικοῦ*: | *ἀκόλουθον ἅμα καὶ ἀναγκαῖον ἡγησάμενος κτλ.* Tum sequitur l. I omissis cc. 1. 6. 15. Post c. 9, 11 *ἑῶοι δύνουσι* reliquum f. 192 et 193 inscriptum est eadem manu versibus quibusdam: *εἰς εἰκόνα τοῦ ἁγίου θεοδοσίου κοινοβιάρχου*; tum initio f. 194 pergunt Geop. capite 10. Caput 14 et 16, quod sine titulo et nomine auctoris capiti 14 subiectum est, m. rec. atramento oblita sunt. Titulos et nomina, quae hos modo antecedunt, modo subsequuntur, modo in margine adduntur, librarius, qui omnia conscripsit atramento versibus continuis, parvo spatio a textu secrevit. In l. II rubricator initiales rubro distinguere conatus mox, cum ubique iam atramento exaratas invenisset, ab incepto destitit ne iis quidem, quas iam era-

serat, refectis. Qui liber statim incipit ab indice capitum, qui in cod. Marciano unicuique deinceps libro usque ad XVIII additur inter argumentum et textum praeter l. IV et V, ubi argumentum sicut in l. II deest. Hunc ordinem esse iustum probatur argumenti l. XIV clausula ceteris quoque codicibus servata: *κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην τῶν κεφαλαίων γνῶσιν* [Laur. XXVIII 23: *τάξιν*]. Palatini Bar. Harl. verba *ὦ φίλτατε παῖ βάσσε* in arg. l. VII servata apud Marcianum in VIII et IX argumentis repetuntur: *τοῦ σοῦ πατρὸς* in solo VII occurrit. f. 290 finit verbis *καὶ τῆς κινάρας* XVIII 19, 2, f. 291 incipit verbis *ἵνα στερεοποιῶσιν* XIX 1, 9; unde apparet hic unum folium, quod finem l. XVIII et. l. XIX argum., indicem capitum, c. 1 continebat, evulsum esse. Ultimum Geoponicorum verbum est *ἰαθήσονται* XIX 6, 13 in f. 292 v. Quod sequuntur, ut iam supra dictum est, trium versuum spatio intermisso pauca de decem categoriis calamo acutiore sed eadem, ut videtur, manu perscripta. A l. II usque ad XVIII nihil fere deest.

Sed neque in eis, quae excerptor Pal. omisit, tantum inveni, quantum multitudo locorum in codice Pal. melius quam ceteris Needh. codicibus servatorum promiserat, neque omnia suspicione carent. I 14, 8 quidem quae traduntur a Marciano: *καὶ χελώνην δὲ τὴν ἐν τοῖς ἕλεσιν εὑρισκομένην εἰς* (ceteri *ἐὰν εἰς*)

ιι″

τὴν δεξιὰν χεῖρα θεὶς | (cett. *θῇς*) *ὑπτίαν* [*περικομισάτω τ* (*τις*?) *τὸν ἀμπελῶνα πάντα· ἐπειδὰν δὲ περιέλθῃς, τότε εἰς μέσον* | *τοῦ ἀμπελῶνος πορευθεὶς, θέτω ὑπτίαν ζῶσαν*] *ὀλίγην γῆν περιαμησάμενος κτλ.*, defenduntur verbis cum Palladii I 35, 14: 'item si palustrem testudinem dextra manu supinam ferens vineas perambulet et reversus eodem modo sic illam ponat in terra et glebas dorsi eius obiciat curvaturae', tum

Vindanionii fragmentum. Vindanionii. Huius de agricultura operis cum adhuc nihil superesset praeter versionem Syriacam a Paulo de Lagarde e codice mutilo editam (Geoponicon in sermonem Syriacum versorum quae supersunt, Lips. 1860), de qua conferas Gemoll, Untersuchungen etc., imprimis p. 210 sqq., Graecum inveni fragmentum in Parisino Regio 2313 chart., qui praeter multa

Parisinus 2313. in f. 42—99 excerpta quaedam continet e Geoponicis sicut omnia reliqua aetatis recentissimae. Ea in f. 48 v interrumpuntur post verba I 9, 1 *καὶ τὰς δύσεις οὕτως τὰ περ* | omisso reliquo f. 48 v et 49 r; tum in f. 49 v inseruntur manu etiam recentiore

quaedam *περὶ χαλάζης ἀποτροπήν*, quae maximam partem paginae tegunt. Reliqua, quae in f. 50 r denuo a c. 9 titulo incipiunt, priore manu scripta a Geoponicis discrepare non inveni; illud autem caput recentius cum versionis Syr. VII 7 adeo congruit, ut persuasum habeam fragmentum esse ipsius Vindanionii. Si quis enim suspicetur hoc esse ipsum versionis Syriacae caput in Graecum sermonem restitutum, non desunt loci, quos Syrus corrupit, fragmentum Graecum tradit integros. Haec autem sunt totius fragmenti verba: *περὶ χαλάζης ἀποτροπήν*: (Syr.: *καὶ πῶς ποιηθήσεται παρελθεῖν τὴν χώραν*). *πλεῖστα μὲν καὶ ἄλλα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκεται* (S. *εἴρηται*) *βοηθήματα· ἥ τε διὰ τῆς ἐχίδνης θεραπεία· καὶ ἡ διὰ τοῦ ἀσφ(π)άλακος· καὶ ἡ διὰ τῶν ἀνθρώπων τῶν διο(ω)κόντων τὰ νέφη τῆς χαλάζης· καὶ ἄλλα πολλὰ παρὰ πολλοῖς ἀπ(ε)ίθανα· ἃ δὲ εὐκολό(ώ)τερα καὶ πάγκοινα καὶ εὐκατάληπτα δοκεῖ εἶναι, συνάγομεν·* (S. *τοιαῦτα γὰρ οἷα εὔκολα καὶ πάγκοινα καὶ πεπιστευμένα* — sic pro *ἀπ(ε)ίθανα*! — *παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις*·) *ἐὰν ὕαίνης ἢ κροκοδή(ί)λου* (S. *ἢ σαύρας ἥτις καλεῖται ἰωνιστὶ* qorqodīlos, *ἢ τοῦ θηρίου ἐκείνου, ὅ ἐστιν ἐν θαλάσσῃ· ἐκείνου, ὃ καλεῖται ἰωνιστὶ φ*oqē, *ὅ ἐστιν ἐν συρίᾳ γλώσσῃ κύων θαλάσσης*) *δέρμα τις περὶ τὸ χωρίον περιαγαγὼν ἅπαντα κατὰ τὸ προπύλαιον κώμης ἀναρτήσει*$^{\eta}$ (m. 2?), *χάλαζαν κωλύει. ἐδοκιμάσθη δὲ διὰ πείρας καὶ αὕτη ἡ θεραπεία· χελώνην* (S. *χελιδόνα*, s^{e}nunīϑå) *τοῖς* (*τὴν*) *ἐν τοῖς ἕλεσιν* (S. *ἐπὶ τῆς ὄχθης τῶν ποταμῶν*) *εὑρισκομένην εἰς τὴν δεξιὰν χεῖρα θεὶς* (S. *εἰ δέ τις ὄψεται* — *καὶ θήσει*) *ὑπτίαν* (S. *καὶ βλέψει ἄνω*!) *π ε ρ ι κ ο μ ι σ ά τ ω* (S. *περικονισάτω*, v^{e}nermē qunijå) *τ ι ς ε ἰ ς τ ὸ ν ἀ μ π ε λ ῶ ν α· κ α ὶ π ο ρ ε υ θ ε ὶ ς θ έ τ ω ὑ π τ ί α ν ζ ῶ σ α ν ὀ λ ί γ η ν* *γῆν περιαμμι(αμη)σάμενος* (S. *καὶ ἄνω βλέπων λήψεται ἀπὸ τῆς γῆς ὀλίγον κονιορτοῦ καὶ χώσει αὐτὴν ἐν αὐτῷ ἐν τῷ τόπῳ*), *ὅπως μὴ δυνηθῇ στρέψασα* (S. *ἀναστῆναι ἢ στρέψαι*) *ἑαυτὴν ἀποπορευθῆναι· οὐ δυνήσεται δὲ* (S. om. *οὐ δυν. δὲ*) *τῆς ὑπὸ πόδα γῆς κολοτέρας*$^{\alpha}$ (m. 2; lege *κοιλ.*) *γενομένης· οὐχ ἕκουσα* (*οὐκ ἔχουσα*) *δὲ τοῖς ποσὶν ἀντίληψιν μένει ἐν τῷ τόπῳ· καὶ εἰς ἄρουρα(ν) δὲ καὶ εἰς πάντα τόπον* (S. *καὶ εἰς πᾶσαν δὲ τὴν χώραν*) *οὐκ ἂν πέσῃ* (sic etiam codd. Marc. et Harl. 5604, ceteri recte *πέσοι*) *χάλαζα τούτου γενα(ο)μένου. εἰσὶ δέ τινες οἱ φάσκοντες, ἑκάστῃ* (S. recte *ἕκτῃ*) *ὥρα τῆς ἡμέρας ἢ τῆς νυκ-*

τὸς δεῖν γένσθαι (γενέσθαι?) τὴν περικομιδὴν (om. S.) καὶ κατάθεσιν τῆς χελώνης (S. χελιδόνος)· ἡμεῖς δὲ καὶ ἄνευ (S. addit τούτου) τὴν ὥραν μὴ (S. om. μὴ) παρατηρήσαντες οὐ μετέγνωμεν· καὶ ἀρκεῖν μὲν τοῦτο ἡγούμεθα πολλάκις διὰ πείρας δοκιμασθέν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ διὰ τοῦ κατόπτρου θεραπεία κομψῆ (κομψή, Syr. om.)· ἐπικειμένων γὰρ νεφῶν (S. add. χαλάζης) εἴ τι (S. τις) κάτοπτρον ἐπιδείξεις (S. — ξει), παρέλθη (S. recte παρελεύσεται) ἡ χάλαζα· καὶ φώκης δὲ δέρμα μετα | (S. om. μετα; forsan καὶ ἀπὸ φώκης δὲ δέρματος ἱμάντος cf. Geop. I 14, 3) περιτεθέν (τος? S. ἐάν τις ἀναρτήσῃ) ἀμπέλῳ (S. om.) ἐν μέσῳ τοῦ ἀμπελῶνος ἀπελάσειε χάλαζαν. Ἀπουλήϊος δέ (S. Θεόφιλος δὲ Δέκιμος) φησι (S. οὕτω πώς φησι)· σταφυλὴν πινακίῳ (S. πίνακι) ζωγραφήσαντα καθιεροῦν ἐν τῷ ἀμπελῶνι δυνούσης (frg. Par. δυούσης) τῆς λύρας· καὶ ἀβλαβὴς διαμένει ὁ καρπός· ἄρχεται δὲ δύνειν ἡ λύρα τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν φευρουαρίων (S. τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ δεκεμβρίου)· τελείως δὲ δύνῃ (S. recte δύνει) τῇ πρὸ ἕνδεκα νόνων φευρουαρίων (S. τῇ εἰκοστῇ καὶ ἐννάτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνός). Ceterorum codicum verba mutila sensu carere iam Gemoll exposuit (Untersuchungen p. 3 sq.), vitii causam fuisse verborum ὑπτίαν et ὑπτίαν ζῶσαν similitudinem apparet.

Minus apertum est, unde habeat Marcianus, quae inserit I 2, 2 [προγνωστικὰ εὐδιεινοῦ ἀέρος ἐπὶ ἡλίου:] ὁ ἥλιος ἀνατέλλων καθαρὸς κτλ. §. 3 σημαίνει· [καὶ ἀνα|τέλλοντι δὲ καὶ δυομένῳ εἰ συστελλόμεναι φαίνονται ἀκτῖνες καὶ νέφη πεπιεσμένα περὶ | αὐτὸν, εὐδίαν δηλοῖ· ἔτι δὲ καὶ ἀερώδους νεφέλης ὄρει περιτεταμένης καθαρᾶς τῆς ἄκρας | ὑπερφαινομένης τοῦ ὄρους, εὐδίαν δηλοῖ· καὶ ὑπὲρ θαλάσσης νεφέλη φαινομένη παύ | σασθαι χειμῶνα δηλοῖ | ἐὰν δὲ δίχα κτλ. (= § 4). 3, 1 ὑπάρχουσι· [προγνωστικὰ χειμερινοῦ | ἀέρος ἐπὶ ἡλίου:] καὶ ὁ ἥλιος δὲ (= § 2). § 3 ἐὰν | δὲ ποτὲ μὲν ἐκ νότου ποτὲ δὲ ἐκ βορέου ἢ εὔρου ἀστραπαὶ φέρωνται, προσορατέον ὅτι ἐκεῖθεν | μὲν ὄμβροι (ς?) εἴθε δὲ ἄνεμος ἐπενεχθήσεται·, ubi ceteri codices ut editum est, ἐὰν ποτὲ μὲν ἐκ νότου ποτὲ δὲ ἐκ βορρᾶ ἐξακούωνται αἱ βρονταὶ, καὶ αἱ ἀστραπαὶ γίγνωνται, ἄνεμος ἐπενεχθήσεται habent praeter Laur. (Flor.) LIX 32 eiusque filios, qui ἐξακούωνται — γίγνωνται omittunt, et Laur. XXVIII 23, in quo I 1—3 desunt. Baroccianus 131. His simillima occurrunt in cod. Barocciano 131 bombyc. in 4to maiori, ubi inter multa fragmenta saeculo XIV a diversis

librariis conscripta post quaedam Nicephori Blemmidae de corpore et anima in f. 343 haec sunt: *Προγνωστικὰ ἐπὶ ♂ (ἡλίου) εὐδιεινοῦ ἀέρος· Τριτε(αί)α οὖσα* (lunae igitur signum ☾, non solis, ponendum erat in titulo) *καὶ καθαρὰ φαινομένη εὔδιον ἀέρα δηλοῖ. τὸ δ' αὐτὸ ἐπὶ τετάρτης παραφυλακτέον* (?). *καὶ πλήρης οὖσα ἐὰν καθαρὰ εἴη, εὐδίαν δηλοῖ* (cf. Geop. I 2, 1). *Ἐὰν περὶ πᾶσαν αὐτὴν ὁμαλῶς ὑπάρχει* (ῃ?) *καὶ τῶ ὅλω κύκλω μία, εὔδιον ἀέρα δηλοῖ* (haec in Geop. non repperi). *Ἥλιος καθαρὸς καὶ ἁπλοῦς ἀνατέλλων εὐδίαν ἐπαγγέλλεται·* (cf. 2, 2) *καὶ δυόμενος ὁμοίως καθαρὸς δίχα νεφῶν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν εὐδίαν ἔσεσθαι λέγειν* (*λέγει*? cf. 2, 3)· *κἂν ὀλίγον δὲ νέφος πρὸ τοῦ ἀνατέλλειν ἀνασχεῖ* (ῃ), *ὄμβρον οὐ χρὴ προσδοκᾶν* (cf. 2, 2). *καὶ ἀνατέλλοντι δὲ καὶ δυομένω εἰ συστελλόμεναι φαίνοιντο ἀκτῖνες ἢ καὶ νέφη πεπιεσμένα περὶ αὐτὸν, ἀνομβρίαν δηλοῖ· ἔτι δὲ καὶ ἀερώδης νεφέλη ὄρει παρατεττα(τετα)μένη καθαρᾶς τῆς ἄκρας ὑπερφαινομένης τοῦ ὄρους, εὐδίαν δηλοῖ. καὶ ὑπὲρ θαλάσσης νεφέλη χθαμαλὴ φαινομένη, παύσασθαι χειμῶνα δηλοῖ. Καὶ γλαὺξ ἄδουσα ἐν νυκτὶ ἡσύχως καὶ κορώνη πράως καὶ ἡμέρως* (?) *καὶ κόρακες πλείονες | ἀγεληδὸν κεκραγότες, ὥσπερ χαίροντες.* (cf. 2, 6) *Χειμερινοῦ* (sic continuo!) *ἀέρος σελήνης:* — | *τριτέ(αί)α ἀμβλ(ε)ίας ἔχουσα τὰς κερέ(αί)ας καὶ ἀχλυώδεις ὄμβρον σημαίνει· τὸ αὐτὸ καὶ τεταρ.* (*τεταρταία*?). *ἐρυθρὸς δὲ ὁ κύκλος ὀφθεὶς καὶ πυρώδης χειμῶνα μείζονα σημαίνει· καὶ περὶ πλήρη δὲ αὐτὴν ἐάν τι μελαινόμενον ὀφθῇ, ὄμβρους δηλοῖ· ἐὰν περὶ πᾶσαν αὐτὴν ἅλως δύο ἢ τρεῖς ὦσι, μέγιστον δηλοῦσι χειμῶνα.* (cf. 3, 1) *Ἥλιος ἐρυθρὸς ἀνατέλλων καὶ μελαινόμενος ὄμβρους δηλοῖ· καὶ καταδυόμενος ἐὰν κατὰ τὰ ἀριστερὰ μέρη μέλαινα* (*μέλανα*) *ἔχῃ πλησίον νέφη, εὐθέως ὄμβρον προσδοκᾶν χρή· καὶ ἀνατέλλοντα* (-*τι*?) *ἐὰν περὶ τὰς ἀκτῖνας σκοτεινὸν νέφος ἵσταται, ὄμβρους προλέγει* (cf. 3, 2). *βροντῶν* (-*αὶ*) *δὲ καὶ ἀστραπῶν* (-*αὶ*) *ὅθεν ἂν γένωνται, ἐκεῖθεν χειμῶνα δηλοῦσιν· ἐὰν δέ ποτε μὲν ἐκ νότου, ποτὲ δὲ ἐκ βορέου ἢ ἐβ(εὔ)ρου ἀστραπαὶ φέρο(ω)νται, προορατέον, ὅτι ἐκεῖθεν μὲν ὄμβροι*(-*ος*), *ἔνθεν δὲ ἄνεμοι*(-*ος*) *ἐπενεχθήσεται* (cf. 3, 3). *δηλοῦσι δὲ χειμῶνα καὶ αἱ λιμναῖαι ὄρνιθες καὶ αἱ θαλάττιοι καθ' ὕδατος συνεχῶς δυόμεναι* (cf. 3, 4). *διπλῆ ἶρις φανεῖσα ὄμβρους δηλοῖ* (§ 5). *καὶ ὀλολυγῶν* (-*γὼν*) *ἑωθινῶν* (-*νὸν*) *τή-*

ξουσα (τρύζουσα) (§ 11) *καὶ κορώνη ἐπ᾽ αἰγιαλοῦ τὴν κεφαλὴν διαβρέχουσα ἢ καὶ πᾶσα νηχομένη* (7) *καὶ βόες πρὸς μεσημβρίαν ὁρῶντες* (10) *καὶ μύρμηκες τὰ ὠὰ μετακομίζοντες* (deest in Geop.) *καὶ αἱ κατοικίδιοι ὄρνιθες πυκνῶς κνώμεναι καὶ κράζουσαι καὶ κολοιοὶ ἀθρόως ἐπιφαινόμενοι καὶ κράζοντες· καὶ χελιδόνες λίμνας ἢ δεξαμενὰς ἢ ποταμοὺς μετὰ βοῆς περιπετόμεναι* (8) *καὶ μυῖαι ἐπὶ πλέον δάκνουσαι* (9) *καὶ λύχνῳ οἱονεὶ μύκητες πυρώδεις ἐφιστάμενοι* (deest Geop.) *καὶ* [*εἰς*] *χύτραν*
ν
καὶ χαλκί (-*κεῖον*) *σπινθῆρες γιγνόμενοι* (6) *καὶ χῆνες μετὰ κλαγγῆς ἐπειγόμεναι πρὸς τροφὴν* (9), *καὶ κορώνη νυκτὸς κράζουσα* (7). — *καὶ ἀράχνια μύοντος* (*μὴ ὄντος*) *ἀνέμου καταφερόμενα καὶ λύχνου φλόγες μελαινόμεναι* (9) *πῦρ τε μόλις καιόμενον* (deest Geop.), *καὶ τὰ ποίμνια σκιρτῶντα ἐντὸς ἡμερῶν τριῶν χειμῶνα ἐσόμενον δηλοῖ* (9). *καὶ λύκος πλησίον τῶν αἰγῶν καὶ τῶν οἰκημάτων θρασυνόμενος* (11) *καὶ μύες δὲ τετρυ*(*ι*)*γότες χειμῶνα δηλοῦσι* (13). *καὶ κύνες τὴν γῆν ὀρύσσοντες.* | Tum statim sequuntur 8 versus *περὶ παι* [*δοτροφίας?*] (hoc in mg.), quorum initium: *τὸ βουλόμενον καλῶς τρέφειν παιδίον*, finis: *ἤυξηται, τῇ δὲ ἐλλείπει.* Ne longus sim, et quae hic et quae Geop. I 2. 3 traduntur, in Arati, cui vindicantur in Geop., Diosemiis occurrunt omnia; utrobique tamen omittuntur indicia in altero opere servata: neutrum igitur ex altero manavit. Neque profecta sunt ex Arato ipso, nam verba eis communia saepe frustra apud Aratum requiras, velut *ἀχλυώδεις* Geop. I 3, 1; (*λίμναις*) *ἢ δεξαμεναῖς ἢ ποταμοῖς περιπετόμεναι* § 8; *ποίμνια σκιρτῶντα* § 9; (*λύκος*) *θρασυνόμενος* § 11. Cum scholiis vero eius, unde hausta esse vult Gemoll (Untersuchungen p. 58), etiam minus congruunt. Vindanionius num sicut I 14, 8 communis fuerit auctor, quippe cuius versionis Syriacae partes huc pertinentes, si quae fuerunt, desint, dicere nequeo. Atque apud Aratum ipsum quidem illa duo lemmata Marciani *προγνωστικὰ εὐδιεινοῦ* (*χειμερινοῦ*) *ἀέρος ἐπὶ ἡλίου* nimirum frustra requirimus; contra 2, 3 *καὶ ἀνατέλλοντι — δηλοῖ* reperiuntur in v. 108 sqq. *εἰ δέ οἱ ἢ ἀνιόντος ἢ αὐτίκα δυομένοιο | ἀκτῖνες συνίωσι καὶ ἀμφ᾽ ἑνὶ πεπλήθωσιν, | ἤ ποτε καὶ νεφέων πεπιεσμένος ἢ ὅγ᾽ ἐς ἠῶ | ἔρχηται παρὰ νυκτὸς ἢ ἐξ ἠοῦς ἐπὶ νύκτα, | ὕδατί κεν κατιόντι παρατρέχοι ἤματα κεῖνα.* et v. 256 sqq. *εἴ γε μὲν ἠερόεσσα παρὲξ ὄρεος μεγάλοιο | πυθμένα τείνηται νεφέλη, ἄκραι δὲ κολῶναι | φαίνωνται καθα-*

ραί, μάλα κεν τόϑ' ὑπεύδιος εἴης· | εὔδιός κ' εἴης καὶ ὅτε πλατέος παρὰ πόντου | φαίνηται χϑαμαλὴ νεφέλη, etsi illos in Marc. Barocc. perverse reddi cum ex ipsis verbis quamvis obscuris *ὕδατί κεν κατιόντι παρατρέχοι ἤματα κεῖνα* tum ex scholio *τὸ τοιοῦτον ποιοῦ ὕδατος σημεῖον* (p. 126, 10 ed. Bekker) et *ὑετὸν δεῖ προςδοκᾶν* (ibid. p. 126, 18) consequitur. At haec si iam recepit ipse Geop. auctor, cur ceterorum codicum librarii omiserint, non video causam nisi verborum quae antecedunt § 2 *δυόμενος δὲ δίχα νεφῶν καϑαρὸς* et quae sequuntur § 3 *ἐὰν δὲ δίχα νέφους ὁ ἥλιος δύνῃ* similitudinem, quorum tamen altera utra simul perire necesse erat. Contra talia a librario quodam e Vindanionio vel quilibet fuerit ille auctor communis, potuisse addi, ut indiciorum numerus augeretur, quis neget? Quae enim in Marc. inter I 8 et 9 feruntur *ἀνατολὴ ἡ τοῦ ζωδίου παντὸς· καϑότι ἡ τοῦ ἡλίου ἐπιφάνεια· | ἐπιτολὴ δὲ τὸ ὑπὸ ζώδιον· ὅτε συνανατέλλει ἐπί τινι· ὡς τὸ, πλειάδων ἐπιτελλομινάων* (sic)· *αἱ γὰρ πλειάδες ἐπὶ τὴν τοῦ ταίρου εἰσὶ τομήν· αἵτινες τῷ κριῷ ἐπιτέλλονται· | ὅτε ὁ ἥλιος ἐν κριῷ ἐστι· καὶ ὅτε γίνεται ϑερισμοῦ ἀρχή· ὅτε πρῶτον τὰς κριϑὰς ϑερίζουσιν.* a Cassiano Basso Geoponicis inserta esse nemo erit, qui contendat. Ad Geop. I 3, 3 spectant Arati vv. 192 sq. *καὶ ϑέρεος βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ ἔνϑεν ἴωσιν, | ἔνϑεν ἐπερχομένοιο περισκοπέειν ἀνέμοιο.* et 201 sqq. *αὐτὰρ ὅτ' ἐξ εὔροιο καὶ ἐκ νότου ἀστράπτησιν, ἄλλοτε δ' ἐκ ζεφύροιο καὶ ἄλλοτε πὰρ βορέαο, δή τότε — δείδιε — ἀνήρ — ὕδατι γὰρ τοσσαίδε περὶ στεροπαὶ φορέονται.* Sane ibi, quidquid Marciano proprium est, occurrit: *εὔρου, ἀστραπαὶ φέρωνται* (*στεροπαὶ φορέονται*), *προορατέον* (*περισκοπέειν*), *ὄμβρος* (*ὕδατι*), nulla denique in secunda parte fit *βροντῆς* mentio; quare illa editionum verba *ἐξακούωνται — γίγνωνται,* quae cod. Flor. non habet, interpolata esse suspicor: at cur ceteri codices Marciani verba *ἢ εὔρου — ὄμβρος, ἔνϑεν δὲ* omiserint, nulla ratione possum conicere.

Atque hoc quidem non dubium est XIV 8, 3, ubi Marc. post *κόφινον* addit: [*ἔχοντα ὀρνίϑων πτερά: τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρα καὶ τὰ ἐκ τῆς κόπρου βάλε εἰς κόφινον*]; etenim librarii perturbati sunt voce *κόφινον* bis occurrente. At his ipsis verbis ceterorum turbatur sensus; cum enim quicunque legerit verba *περιαιρῶν τὸ κέλυφος καὶ ψωμίσας τὰ πωλία ἔμβαλλε εἰς κόφινον* pullos gallina carentes intellegat, oppositis postea eis, quae in fimo fuerunt, illa verba ad pullos a gallina exclusos referre cogitur.

In eis autem, quae Marciano cum Palatino communes sunt, partibus haud scio an etiam Pal. aliquam habeat auctoritatem. Quamquam enim vel iis locis, quibus in Pal. non corripiendi causa sed librariorum neglegentia verba deformata sunt, in Marc. interdum recta servantur — velut II 8 tit. M. cum cett. *δασέα εἶναι ὄρη* et § 1 *αὐτομάτου ὄρους ἀμφιλάφειαν ἔχειν*, Pal. *δένδρα δασέα εἶναι* et *ἀμφιλάφεια αὐτομάτως ὄρους ἔχειν*; 17, 1 M. cett. *τὸ τὰ σπέρματα εἰς τοὺς ἐναντίους τόπους σπείρειν*, P. *τὸ ἐναντία σπέρματα εἰς τ. ἐ. τ. σπ.*; 21, 2 M. cett. *πυκνότερον κοπριζέσθω.*, P. *πυκνότερον σκορπιζέσθω καὶ κοπριζέσθω*; ibid. § 5 M. cett. *πολὺ δὲ καλλίων ἡ τῶν περιστερῶν* (scil. *κόπρος*), *πολὺ τὸ θερμὸν ἔχουσα· διό τινες μὴ σκευάζοντες αὐτὴν, ἀλλ' ὁποία ἐστὶν ἐῶντες, σὺν τῷ σπόρῳ ἐπιρρίπτουσιν ἀραιοτέραν· ὠφέλιμος γὰρ γίνεται τῇ ἀδυνατούσῃ χώρᾳ, τρέφουσά τε αὐτὴν καὶ δυνατωτέραν ποιοῦσα*, P. *πολὺ δὲ καλλίων ἡ τ. π., π. τ. θ. ἔχουσα· ἐν μέντοι τοῖς αὐχμηροῖς τόποις, ταύτην παραιτεῖσθαι χρή·* (quam glossam ex 19, 3 margini archetypi adscriptam librarius Pal. videtur pro correctione habuisse ideoque pro auctoris verbis substituisse) *τρέφει δὲ τὴν ἀδυνατοῦσαν χώραν καὶ δυνατωτέραν ποιεῖ*; X 56, 2 M. cett. *οἷα ἐνέβαλες*, P. *οἷα ἔθηκας*; 64, 3 M. cett. *εὔθρυπτον τὸ κάρυον ἔσται* (*ἔσται* om. Laur. XXVIII 23)· *ὁμοίως δὲ* (*καὶ* inserunt cett.) *τὴν ἀμυγδαλῆν* (Laur. *τὰ ἀμύγδαλα*) *ποιήσεις*, P. *εὔθρυπτον τὸ κάρυον ἔσται, εἰ ὁμοίως τῇ ἀμυγδαλῇ ποιήσεις*; XIV 7, 5 M. cett. *ᾠοφαγούσας ὄρνιθας ἀπεθιστέον οὕτως*, P. *ᾠοφ. ὄρν. τὴν ἕξιν οὕτως ἀφέξεις*, quod librarius finxit ex fine paragraphi, ubi est *ἀφέξονται τοῦ λυμαίνεσθαι*, et ibid. M. cett. *τουτέστι τὸ χρυσίζον τοῦ ᾠοῦ*, P. *ἤγουν εἰς τὸν κρόκον* —, plerumque eadem quae in Palatino referuntur, e quorum locorum numero infinito praecipue animadvertas II 16 tit. M. P. *Οὐϊνδανίου*, cett. mss. sicut ipsi reliquis locis *Οὐϊνδανιωνίου*, III 4 tit. M. P. praeter *μηνὶ ἀπριλλίῳ* etiam *περὶ φυτείας καὶ καθαρισμοῦ ἐλαιῶν καὶ λοιπῶν φυτῶν*, quod ceteri omittunt, V 34 tit. M. P. *Οὐϊνδαβιωνίου*, IX 6, 2 M. P. *ἐνίοτε δεῖ* pro *ἐνιαυτῷ*, Laur. XXVIII 23 *ἐνιαυτὸ*, cett. *ἔνια τὸ*, X 45, 11 post *κεγχραμίδων·* M. P. *διώξεις δὲ μύρμηκας, κενώματα κοχλιῶν καύσας καὶ βαλὼν εἰς τὰς τρυμαλιάς:*, quae cett. mss. omittunt, 61, 1 M. P. *ἐπὶ πιούρων* pro *ἐπίουρον*, XII 17, 11 M. P. *ὄξει ἀναμιχθείσῃ δηλονότι διαβραχείσῃ θεραπεύσει*, cett. *ὄξει διαβραχείσῃ θεραπεύει*, XIV 7, 7 M. P. *ὕδωρ καλὸν* pro *οἶνον κα-*

λὸν, XV 2, 12 M. P. *αὐτόρροιαν τὲ ἰᾶσθαι,* cett. *αὐτάς τε ἰᾶσθαι,* tamen non ausim contendere codicem Palat. e Marciano ipso aut aliquo eius apographo manasse. Mitto libri XVIII et XIX partes in Palatino servatas, quas ne in Marc. quidem a principio defuisse supra vidimus: mitto II 13, 3 *πρὶν φῦναι* Pal. cum cett., *φῆναι* Marc.; 14, 3 *οὐιντίλιος* P., *οὐιτίλλιος* M. pro *Οὐϊργίλιος* (cf. Lagarde, Ges. Abhandlungen p. 138); 25, 1 *ἄρχηται* P. cett., *ἀρχῇ* M.; III 3, 9 *λαμβανόμενα* P. cett., *λαμβανόμεθα λαμβανόμενα* M.; IV 12, 13 *τραχύτητα* P. c., *τραχύτητος* M.; V 8, 3 *περυσινοῦ* P. c., *περσηνοῦ* M.; 24 tit. *καλλιοινίαν* P. c., *κλαδοινίαν* M.; IX 2, 5 *καὶ τοὺς γεωργοῦντας αὐτὴν* P., *καὶ τοὺς κα . . . . . . αὐτὴν* M., *καὶ τοὺς δρέποντας αὐτὴν* cett.; permulta similia: haec enim dixerit aliquis excerptorem suo ingenio correxisse, quamquam qui tot menda tanto acumine correxit, eundem non verisimile est alia haud minus aperta velut V 14, 1 *προσδοκᾶν* pro *προσδοκᾷ,* 34 tit. *Οὐινδαβιωνίου* pro *Οὐϊνδανιωνίου*, VII 20, 1 *τῷ καλάμῳ τῷ λεγομένῳ χοίνικι* pro *κακάβῳ,* XI 11, 1 *τοὺς ἐτησίους ἄρχεσθαι ποιεῖν* pro *πνεῖν,* XVI 19, 1 (*κόρεις*) *ἐν ταῖς ῥισὶν αὐτῶν ἐμφωλεύσας* pro *ἐμφονεύσας,* alia excerpto suo recepisse: cur vero X 4, 7 perverse scriberet *περιρρίπτειν* pro *περιρρίπτει,* si Marciani *περιπίπτει* ei displicuit? Quid? quod tradit VI 16, 1 *μέσον,* Marc. distincte *ἥμισυ,* VII 6, 5 *ἀσελήνοις,* M. *προσελήνοις,* IX 9, 1 *ὑπεθέμην,* M. *ὑπεσχόμην*, cett. *ὑπεσχήμεθα?* Unde denique sumpsit II 5, 2 verba *τουτέστι κατάξηρον καὶ γεγυμνωμένην* omnibus reliquis codicibus servata, nisi ex archetypo? Atqui in Marciano omittuntur. Res magis esset in aperto, si librarius Pal. sicut Marc. quosdam locos archetypi communis haud faciles cognitu, quoad legere poterat, recepisset litterarum non intellectarum spatio omisso, velut XVI 1, 15 *τοὺς* [*δὲ φυομένους κοίλους*] *ἴσχει·* 3, 3 *ἐγχέουσιν εἰς τὰς* | [*τροφὰς·*] *τὰς δὲ κριθὰς,* 18, 3 *ἢ ἀφρὸν νίτρου καὶ ἁλὸς ἄχνης* [*καὶ ἀλεύρου πυρῶν, ἑκάστου μέ*]*ρους* | *τὸ ἶσον ὄξει διηθὲν,* 21, 3 *σφόδρα τὸ ζῶον ὑπη*-[*ρετεῖ*]*· σφόδρα κατὰ πάντα ὁμοίως τοῖς ἡμέροις·* [*καὶ οὐδέποτε*] *καθάπερ κτλ.*, 22, 2; 3 *οὔτε ἀδελφῇ·* [. ? . . ? .] (cett. mss. nihil inserunt)· *τὴν δὲ βα*[*κτριανὴν κάμηλον*] *ἐν τοῖς ὄρεσι,* XIX 6, 1 *τὰς περιμηκεστάτας* (cett. mss. *παραμηκεστέρας*) [*καὶ περιοχὴν*] *ἐχούσας,* et 2 *καὶ βραχυσκελεῖς* [*ἀμείνους*] *εἰσὶ.* Sed ille perraro quidquid legere poterat, servavit, etsi quibusdam membris deficientibus iam sensu carebant reliqua, velut XIX 6, 1; 2 ea-

dem omisit quae Marc., sed spatio non relicto: plerumque, ut erat excerptor, eiusmodi partes omnino repudiavit velut XVI 1, 15 *τοὺς* — *ἴσχει*, 3, 3 *εἰς τὰς τροφὰς*, 18, 3 et 22, 3 totam paragraphum. Quin immo interdum videtur pauca suo Marte interpolasse. XVI 21, 3 enim scripsit *ὑπήκοον ὂν* pro *ὑπη*[*ρετεῖ*] et *οὐ γὰρ* pro *οὐδέποτε*. Verum eius modi loci perpauci sunt; fere ubique excerptis Pal., siquidem non ad Marcianum

Marciani 524, Pal. 207. Bar. 54. Harl. 5726 archet.

cod. referenda sunt, sed ad eius archetypum, augetur librarii Marc. fides: cuius menda maximam partem non ipsi sed illi archetypo deberi inde consequitur. Alia in illius margine videntur fuisse correcta. Quae cum modo Marc. modo Pal. in textum reciperent verbis vitiosis non deletis, monstra effecerunt velut II 21, 2 *σκορπιζέσθω καὶ κοπριζέσθω* P. III 3, 9 *λαμβανόμεθα λαμβανόμενα* M. VII 7, 1 *ἀμετακίνητοι γὰρ τότε καὶ ἀκίνητοι καὶ ἀθόλωτοι* P. Porro II 21, 5 in excerpta Pal. notam quandam a margine irrepsisse correcturae nomine supra statuimus; item vidimus in libro Marc. complura scholia ferri pro Geoponicorum partibus. Haec de codicis Marciani reliquorumque ei cognatorum archetypo. Qui etiamsi non periisset, ut parum integer ad Geoponica edenda non sufficeret.

Qua quidem in re codices Longolianus, Bodleianus, Folio Needhamii haud longe ei antecellunt: nam id quod ne verbo quidem ille prodidit, ipsi cum quinque aliis — Marciano 294, Vatic. 215. 216, Cheltenhamensi 1565, Parisino 2313 — et aliquot fragmentis ex archetypo manaverunt, cui et prooemium et l. XX c. 6. 8—45. 46, 3—6 deerant.

Longolianus et Bodleianus Needh.

Longolianus cum Bodleiano compactus hodie quoque exstat in Bibl. Bodl. Oxoniensi inter Miscellaneos num. 92. Foliorum chartaceorum forma est 20 × 28 cm.; in Long. 11 × 20 centimetrorum, in Bodl. 13 × 22 cm. spatium inscriptum est 28 versibus sine lineis; margo exterior secernitur binis lineis stilo impressis. Prima quattuor folia recentioris chartae itemque tria ultima, e quibus duo recentiora sunt, et scriptura et numeris carent. f. 1 r margo superior inscriptus est rubro: *χριστόφορος λογγώλιος* mt 4 *ἐώνημαι δραχμὰς. νζ.* Tum incipit *Ἥρωνος γεωπονικὸν βιβλίον* his verbis: *Τίνες αἱ γενικαὶ τῶν σχημάτων διαφοραί*· (haec omnia rubro). *Τῶν σχημάτων τὰ μὲν*; cuius finis in medio f. 20 v *ἔχει ὁ ϛερεὸς ποῦς*. f. 21 r — 149 r traduntur eadem manu Geoponica, quorum initium: *βιβλίον πρῶτον*: | (rubr.). *Τὰ διαφόροις*, finis *λοιπὸν πατηγι*[ου] . . . . . +++ | f. 150 scrip-

tura vacat. foliorum 151—281, in quibus Geop. repetuntur, charta minus levis et spissa est quam superiorum, quorum signum est stella sex radiorum supra ancoram circulo inscriptam. Etiam scriptura aetate paulo videtur esse inferior quam Heronis Geoponicorumque priorum, quae tamen ipsa non ante s. XV scripta esse existimo. Needhamius quidem in praefatione dicit exarata fuisse sumptibus Christophori Longolii, qui vixit 1488—1522, hoc in prima pagella sua manu ipsum testari: temere; cur enim ille non emeret librum scriptum ante aetatem suam? Contra illa Geoponica posteriora, quae Bodleiana appellavit, apographum esse priorum ibidem iure censuit: cf. III 1, 1 *κυντιλί^{ε}ων* L., *κυντιλιώνε* B.; VI 5, 1 *^{β}ροιτείαν* L. B.; IX 31 tit. *ς^{ρ}έμφυλα* L., *ςρέμφυλα* B., in mg. uterque *ςέμφυλα*; XIII 8, 2 *καὶ μελάν‖ θειον, κ',*
κ', μελάνθιον‖
χαλβάνιν L., *καὶ μελάν κ', μελάνθιον κ', χαλβάνιον* B.; 12 tit. *περὶ μυία9* (= *μυίας*) L., *περὶ μυίασι* B. In Bod. statim pergitur a XIV 7, 2 *φέρηται καὶ* ‖ proximo folio ad § 25 *τὰ δὲ ἐκκολαπτόμενα,* itemque sex foliis post a c. 26, 1 *κανθάρους δὲ τῇ* ‖ sequenti folio ad XV 1, 23 *ὁ δὲ μελανκόρυφος,* id est, huius quaternionis ambo folia extrema perierunt.

F o l i o codicem Needhamius se cum duobus aliis a biblio- Folio Needh.
thecae Cottonianae possessore mutuatum esse ipse in praefatione narrat; quamquam in illius bibliothecae catalogis neque antea neque postea mentio fit ullius Geoponicorum codicis. E contrario in Museo Britannico inter libros Harleianos tres codices inveni illis Cottonianis simillimos. Qui utrum iidem sint necne, infra fusius disputabo, cum omnes tres noverimus; hic nobis res est cum solo

H a r l e i a n o 5604. Continet 164 folia inscripta 23 × 33 Harleianus 5604.
centimetrorum, quorum signum est telum, quod Germanice vocant Armbrust, duplici circulo inscriptum. Margo et interior et exterior binis lineis separatur. Versus, qui 30 numero 13 × 23 cm. tegunt, lineis carent. Hunc quoque codicem vix superiorem esse saeculo XV, qui tergum eius titulo inscripsit, recte iudicavit. Recentioris chartae antecedit unum, sequuntur duo folia; hoc inscriptum est manu Wanlei, Harlei bibliothecarii, 26. die Augusti, A. D. 1723. Primo loco sicut in Long. traditur *Ἥρωνος γεωπονικὸν βιβλίον*; in f. 20v, ubi huius finem *ἔχει ὁ στε-*

ρεὸς πους: statim sequitur Geoponicorum initium *βιβλίον πρῶτον.* | *Τὰ διαφόροις κτλ.*, in mg. additur m. rec.: Quae deinceps sequuntur ad finem usque voluminis sunt Cassiani Bassi *Γεωπονικῶν* ll. 20 de re rustica Constantino Caesari vulgo attributa. In Heronis Geometria initiales rubro distinguuntur, in Geop. omnia atramento perscripta sunt, tituli in textu, numeri capitum et nomina plerumque in margine.

Huic codici etsi quaedam communia sunt cum solo Longoliano, velut VI 5, 1 *βροιτείαν*, cett. *ῥοιτείαν*; XII 31, 5 Harl. *πρᾶγμα* et in mg. *γ̃ρ ἕλκος*, Long. *πρᾶγμα ἕλκος* in textu; XX 46, 1 et 2 *λικούλμενον*, cett. *λικουλμὲν*; verborum litterarumque, quae haud paucae per omnes libri XX reliquias in archetypo legi non poterant, spatia diligenter servata, tamen ex aliis locis neutrum ab altero descriptum esse efficitur. Modo enim in Harl. servantur verba in Long. omissa: XX 2, 1 *εὐώδει* ([*λυϑ*]*έντων* om. uterque); 3, 1 *ὀριγάνου* (*τρυγὸς*, quod in solo excerpto Vindobonensi 112 antecedit, sicut omnes reliqui codd. omittunt, sed locum ei servant); 4, 1 *ἐντ*[*έρων*]; 7, 1 [*σμα*]*ρίδων* (Harl. *γαρίδων*); *σμύλων* (Harl. [*σμύ*]*λων*), alia: modo quae in Harl. corrupta sunt, ut XII 10 tit. *φλωρεντίνου* pro *φρόντωνος*; XIII 4, 9 *λεκάνην λευκὴν* pro *χαλκῆν*, aut desunt, ut II 27, 3 *καὶ ἔξωϑεν*; X 48, 2 *ϑαλαττίοις*; XX 4, 1 *ϑύμου*; 7, 3 *γὰρ* (*τοῦτο* om. uterque, sed Long. alterum tantum spatium reliquit, quam necesse erat), habet Long. Ad I 1 in utriusque margine mensium dies digeruntur ad nostram rationem perversissime: § 1 *τῇ κ̄ά τοῦ φεβρ* ad *τῆς πρὸ ζ̄' ἰδῶν φεβρουαρίων* (H. *πρὸ ἰδῶν φε^{εβ}υρουαρίων*); § 3 *τῇ κ̄γ' μαΐου* ad *τῇ πρὸ ὀκτὼ ἰδῶν μαΐων*; § 3; 4 ad *εἰς τὴν πρὸ ἑπτὰ ἰδῶν αὐγούστων·* (H. *αὐγούστ^{ων}ου·*) *ἐπὶ* (sic!) *δὲ μετόπωρον ἄρχεσθαι, ἀπὸ τῆς πρὸ ἓξ ἰδῶν αὐγούστων* uterque: *^{π}τρο χειμερινῇ* (sic!) *τῇ κ̄δ' αὐγούστου* et L. praeterea *τῇ κέ αὐγ.*; ibid. *τῇ κ̄έ νοε^{μρ}* ad *τὴν πρὸ πέντε ἰδῶν νοεμβρ.* etc. Alias Harleiani notas Longolianus non habet: unam VII 31, 2, ubi in utroque Homeri verba desunt: *λείπει ὁ τοῦ ὁμήρου στίχος·* | *βάναυσος γάρ τις καὶ* | *ἀμαϑὴς ἐκ τοῦ πρω*|*τοτύπου ἐξαλείψατο·* | *καταστοχαζόμενος δέ τις* | *ἴσως ἂν εὕροι, τὸν ὅμηρον* | *ἀναλεγόμενος*: quod si illi librario contigisset, quoniam versus verba a capitis argumento: ne quis multo vini potu

inebrietur, abhorrent quam maxime, Oedipum illum sagacitate longe superasset; alteram initio l. IV: *ἐντεῦθεν θέλει | μελέτιος γραφῆναι καὶ ἔμπρο|σθεν*:

Haec nos reicit ad Vaticanum 215, in cuius margine f. 59 r initio l. IV legimus: *ἀπεδὸ θέλι* (vel *ἀπεδὸθεν*?) *μελέτιος | γραφινε | καὶ ἔμ|προσθεν*: et f. 133 v ad l. XI *ἕως ὅδε | μελέτιος θέλη με|τὰ γραφη|νε· ἡ ἀρχῆ ἀ|πὸ τοῦ τετάρ|του βηβλήου*: — Meletios saeculi XIII et XIV laudat Gardth. Palaeogr. p. 230. Codex chartaceus constat foliis 196 forma maiore non minus vitiosis quam ea, quae continet. Omnia scripta sunt eadem manu atramento, capitum tituli inter cetera, numeri et auctorum nomina in margine litteris rarioribus, quae videntur esse saeculi XIV vel XV. Margini adscripta sunt al. m. nonnulla, partim rubro recentissimo. ff. 1—24 Heronis continent artem geometricam, ff. 24 v — 191 Geoponica. Quae sequuntur *κε* ϙέ . . . | eodem atramento putes scripta esse, reliqua nitidiore: *καὶ παρακαλεῖ* (vel *παραβαλεῖ*) *οὖν τὴν ἀντίλ* . . . *ιν* (vel *ἀντίγρ*. . . *ιν*?) *σου* (?) *ὅδου κάϊ δια βιβ*(?)*λιόγραφον οἷον ποῖάσ* (?= *ποιήσει*?) *ἡ ἀντίλ* (vel *γρ*) . . . *ις σου* (?) *καὶ ἐγρῦ* (?), *ἔξευρ'ω* (?) | *ὅτι κάλλιον θέλει* (?) *ποιάσιν*: — et infra atramento pallescente: *ὡς σοφὸς εἶ*. In proximo folio forma minore nihil est nisi: *παροῦσα βίβλος περιέχει τετῤ(άδια)* et in mg. inferiore: *ἡ παροῦσα βίβλος*. Reliqua quattuor folia *στάσεις Ἰωάννου, Μαρίου*, aliorum tradunt multis litteris vel numeris (*ζ̈ μ̈*) margini inscriptis.

Vaticanus 215.

f. 191, quod libri XX reliquias continet, misere attritum vermibusque peresum spem mihi ostendit hoc causam fuisse, cur ceterorum codd. librarii in illis tot verba singula omiserint. Quare cum illius et Vat. 216 caput 46 a Nicolao Mueller mihi exscriptum cum eis, quae de ceteris notaveram, conferrem, quam misere frustratus sum! Etenim ne Harl. quidem e Vat. 215 manasse potest. Namque ut huius librarius *γάρων ποίησις; λικούλμενον; σκεῦος; πάντα ὁμοίως; ἁλίζεται; εἰς; ὀψαρίων; κοφίνου; λικούλμενον* coniecerit e Vaticani litteris . . *ων π* . . *ησις; λι* . *κουλ* . . *ν*; *σκευ* . .; *πάν. ὁμοί* . .; *ἁλίζετ* . .; . . *ς*; *ψαῤ*.; *κοφι* . . .; *λ* . *κουλμὲν*: cur qui servavit singulas litteras [*μαινί*] *δια* (Vat. *μ* . . . . *δια*); [*διηθη*] *θὲν* et antea c. 2, 1 [*λυ*]*θέντων*; 4, 1 *τα*[*`ἐκ τ*]*ῶν*; 7, 1 [*σμύ*]*λων*, omitteret *τῇ θερ* . .

scil. *θερέᾳ*), pro *ταρι* ‖ . . . . *ῶσι* et *πατηγί ἁλιξ* . . . +++ scriberet

ταριχευθῇ et *πατηγι . . ἀ . .* (tertia versus parte omissa) . .: +++‖? Librarius Long. litteras a Harl. servatas plerumque omittit; ipse tamen scripsit *λικούλμενον, σκεῦος, [μαινί]δια, ταριχευθῶσι, ὀψαρίων, εἰς* pro *εἰςρεῖ* Vat. Harl., *κοφίνου [διηθη]θὲν, πατη-γί* . . . . +++. Interdum partes omissae in mg. supplentur; quas ex codice diversae notae sumptas esse cum ex scriptionis differentiis tum inde colligo, quod eas, quas notaveram, etiam in aliis eiusdem familiae codicibus omissas inveni: IV 15, 18 om. Long. Harl. Vat. 216 excerpta Vindob. 112, XIV 22, 9 *τῇ μητρὶ — ὑποτιθέναι* et VIII 14 tit. Harl. Vat. 216 (exc. Vindob. 112 deficiunt). Illa in Vat. 215 mg. inscripta sunt m. rec. atramento, hic rubro recentissimo.

Vaticanus 216. Quae continet Vatic. 216 chart. foliorum 232, 19 × 13 cm. magnitudine, quae tota fere inscripta sunt versibus 25—30, omnia eadem manu, cum verba notis correpta saepissime, ϊ et ϋ semper occurrant, recentiore videntur exarata esse. Atramentum interdum variat, rubrum paene evanuit. f. 1—3 legimus *σελήνης φάσεις διὰ πέντε μηνῶν* inde a mense Martio; tum *Θεοδώρου τοῦ προδρόμου εἰς τοὺς ιβ' μῆνας* quaedam; versus; astronomica; meteorologica; *Φωτίου στιχηρὰ, ᾠδαὶ ἐννέα*; de sacrae scripturae libris usque ad f. 10. Proximis tribus foliis bis traduntur ea, quae sunt in Aetii l. III c. 164 *περὶ ἐπισημασιῶν ἀστέρων* ed. Aldinae, primum sub titulo *ἀστέρων ἐπιτολαὶ καὶ δύσεις κατὰ κυειτίλλιον* (cf. Geop. I 9) non sine magnis differentiis, iterum sub hoc titulo: *ἐξήγησις εἰς ταῦτα καθαρὰ καὶ ἀσφαλής·* eadem qua ibi edita sunt forma. Accedunt pauca de septem caelis, de mensibus Romanorum, de verborum *τέρας, σημεῖον, σύμβολον, τεκμήριον* significatione; Salomonis aenigmata; *ἐξήγησις τῶν ἡμερῶν Ἡσιόδου ἀπὸ φωνῆς τοῦ πρωτοσπαθαρίου κυρίου Ἰωάννου*; quaedam de novem Musis; de orbe signifero; a f. 27 denique usque ad 40. *Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως χρόνοι τῶν ζωδίων* et *Πτολεμαίου φάσεις ἀπλανῶν*. Reliquum codicem tenent Geoponica litteris paulo maioribus scripta. Fini subscriptum est: *μηνὶ ἀπριλλίω ιδ' ἔτους ͵ϛων ἰν(δικτίωνος) ι* ☾
υ'   υ'   λ'   ꞔ
κ ι ♂ *κ ιή* + et his ordine inverso: *μυχα . . ꞔαιλ ἀπε το . . .* (?) Hic cum sit annus 1342 (Gardth. Palaeogr. p. 456), vetustior hic codex videtur esse quam pro litterarum specie, nisi forte statuimus illum annum iam in archetypo eius fuisse.

Eadem continet cod. Cheltenhamensis 1565 (Meermannianus 268), nisi quod ibi primas agunt Geoponica a pagina 1—342, a p. 421—463 agmen claudit Ἥρωνος γεωπονικόν. p. 343 et 344 vacuae sunt; p. 345—420 eadem quae in Vat. 216 f. 1—40 traduntur eodem ordine. Foliorum chartaceorum forma est 29 × 13 cm., quorum 15 × 8 inscripta sunt neglegenter eadem manu sed vario modo, in Geop. 23 versibus. Paginarum numeri adduntur plumbo in margine inferiore; praeterea p. 342 Geop. fini πατηγίεις ἅλιξ: /\ τέλος +++ rubro additur in mg.: /\λείπει et subscribitur: ἅπαντα τετράδιά εἶσι ταῦτα: et deinceps litterae (non numeri) α — χ; quae tamen efficerent paginarum numerum 352. In p. 464 hanc cernimus subscriptionem: ἔτει χῦ σωτῆρος αφνγ (= 1553) | Nanlot Du Val ||; ultimis duobus foliis nihil inscriptum est. Cheltenhamensis 1565.

Hi codices quamvis, ubi utrumque contuli, etiam in singulis rebus congruant, tamen quaedam obstant, quominus Cheltenh. codicem profectum esse a Vaticano iudicemus. Ac primum quidem in Chelt. ante rubricam: ἀστέρων ἀνατολαὶ (Vat. 216: ἐπιτολαὶ) καὶ δύσεις κατὰ κνειτίλλιον exstat quasi praefatio: οἱ λέγοντες, ὅτι ἑκάστω ἀνθρώπω ὁ τρόπος ὥρισται τοῦ θανάτου καὶ ἡ ἡμέρα καὶ ἡ ὥρα αὐτοῦ, οὐκ ἴδασιν ἄρα, τί λέγουσι. καθὼς ἑλλήνων παῖδες ματαιολογοῦσι περὶ τούτου κτλ. (10 versus) . . . Ἐπειδὴ δὲ καὶ οἱ κατὰ οὐρανὸν ἀστέρες ἀνατέλλοντες κατὰ τοὺς τεταγμένους αὐτοῖς ὑπὸ θεοῦ καιροὺς καὶ δύνοντες ὁμοίως τὸν ἀέρα ἀλλοιοῦσιν, ὡς συμβαίνειν ἐκ τούτων καὶ τοὺς ἀνέμους ἄλλοτε ἄλλους πνεῖν, δηλώσομεν καὶ τοὺς et sic deinceps eadem quae in Aet. III 164 initio usque ad κατάστασιν· |: quae si eadem in Vat. essent, me fugitura non fuisse puto. Tum Heronis ars geometrica cum Geop. coniuncta iam in Long. Harl. 5604 Vat. 215 occurrit; non casu igitur eam in Cheltenhamensem irrepsisse, sed ex universi codicis archetypo depromptam esse verisimile est: at in Vat. 216 deest Heronis opus. Geop. XX 46, 1 denique Vat. 216 habet σκεύη pro σκεῦος, omittit καὶ λυκόστομοι, cum Cheltenhamensem ab editione discrepare ibi non notaverim.

Facilius probatur eos cum ceteris non coniunctos esse nisi archetypi illius mutili communione. Interdum enim ipsi meliora tradunt: II 40 tit. κυντιλίων, IX 1 tit. περὶ ἐλαιῶν Vat. 216, XX 46, 1 μαινίδια; ταριχευθῶσι; ὀψαρίων uterque, κυντιμω-

λίων; *ἐλαιῶν* (om. *περὶ*); *μ* . . . . *δια*; *ταρι* ‖ . . . . *ῶσι*; *ψαρ*. Vat. 215; XX 1, 4 *τὰ βράγχη καὶ*, 2, 3 *ις' πιτύροις*, 4, 1 *τὰ ἐκ τῶν*, 5, 1 *λεπτότατον τοῖς ἄλλοις συμφύρας* Vat. 216 Chelt., *τὰ* [*βράγχια*] *καὶ*; [*ις' γῇ καὶ*] *πιτύροις*; *τα* [*ἐκ τῶν*]; *λεπτότατον* [*τοῖς ἄλλοις*] *συμφύρας* Long. Harl. Rursus illos non manasse e Vat. 216 aut Chelt. eo ipso cernitur, quod hi XX 46, 2 habent *διὰ τοῦ καλουμένου* eis quae in illis servantur *διὰ τοῦ κοφίνου* (Vat. 215 *κοφι*[*νου*]) [*διηθη*]*θὲν τὸ καλούμενον* plane neglectis.

Parisinus 2313. De Parisino Regio 2313 chart. recentissimo, qui inter medicamenta et *Πολέμονος φυσιογνομικὰ* (sic) f. 42—101 Geoponica tradit multis capitibus omissis neque ordine servato, paucis absolvam. Nam de eo, quod insertum est m. rec., Vindanionii fragmento iam disputavi, cum de Marciano 524 agerem; cetera autem excerpta esse e Vat. 216 aut Chelt. 1565 aut alio codice horum simillimo inde apparet, quod quidquid in illis exstat libri XX, etiam in Paris. traditur iisdem plane verbis, nisi quod 2, 3 est *δραχμὰς ς' ἐμβάλλουσιν* (Ch. *δραχμὰς ις' πιτύροις ἐμβάλλουσιν*); c. 7 mg. *τοῦ αὐτοῦ* (Ch. om.); § 1 *σκορπίων φάγρων* (Ch. *σηπίων ἐλάπων φάγρων*); 46, 2 *πατηγείεις ἅλιξ*: (Ch. Vat. *πατηγίεις ἅλιξ*: *τέλος* +++).

Magis memoria digna sunt compluribus de causis 21 folia codicis chart. maioris cum tribus foliis e Flavio Iosepho excerp-
Vindobonensis 112. tis in cod. Vindobonensi 112 (Nessel.) ita compacta, ut haec nunc ordine sint 9, 23, 24. Ipsa folia patent 34 cm. in altitudinem, 24 in latitudinem, cum litterae 30—33 versibus sine lineis exaratae 28 × 27 cm. tegant. Quae simillimae sunt ei scripturae specimini, quod ediderunt Wattenbach et Velsen in Exempl. codd. Graec. tab. XVII. Rubro malo, quod ubique paginae oppositae inhaesit, litterae initiales solae distinguuntur. f. 1 marg. sinistro inscriptum est m. rec.: Nr. 120 | finis Libri tertii | Libri quarti Cap. 1, dextro: rustica | 1 | Nr. 120 | Constantini de re Rustica fragmenta | Libri quarti | caput secun|dum, inferiori: Augustissimae Bibl. Caes. Vind. Cod. mss. Phil. Gr. N 101. Eadem manu omnibus 24 foliis quo nunc exstant ordine numeri additi sunt. In f. 22 v, quod ultimum continet Geoponica, mg. sinistro additur ita, ut versus rectis angulis secentur: Augerius de Busbecke compa|ravit Constantinopoli, et aliquo spatio intermisso: 262. Hunc Busbecquium, qui cum usque ad a. 1562 legatus esset imperatoris Constantinopoli, multos libros

mss. bibliothecae Vindobonensi comparavit, illum codicem iam mutilum invenisse apparet: unde eum vix post saec. XV scriptum esse consequitur; quamquam nihil impedit, quominus eum iam saeculo XIV tribuamus. f. 6r in marg. inf. et f. 5v ibidem legimus γ', item f. 20v ϛ' et f. 8r: η' = ή. His quaternionum numeris nisus, quid continuerit codex integer, hoc modo conieci:

Quaternionum numerus.	Foliorum numerus pristinus.	Quid continuerint.	Foliorum servatorum num. recens.
α'	1—8	l. I l. II — 44, 2	desunt
β'	1		
	2	II 44, 2 — III arg.	15
	3	III 1, 1 — 6, 1	3
	4	6, 1 — 15, 7	2
	5	15, 7 — IV 5, 3	1
	6	IV 6, 1 — 13, 1	4
	7	13, 1 — V 2, 11	14
	8	V 2, 11 — 8, 9	deest
γ'	1	8, 9 — 16, 3	6
	2	16, 3 — 23, 2	7
	3—7	23, 2 — VII 3	desunt
	8	VII 4, 1—3. 6, 1—12, 21	5
δ'	1—8	VII 12, 21 — X 13	desunt
ε'	1		
	2	X 14, 1 — 23, 4	16
	3	23, 4 — 40	12
	4	41, 1 — 61	21
	5	61 — 75, 7	22
	6	75, 8 — 81, 1	13
	7	81, 1 — XI 5, 2	17
	8	XI 5, 2 — XII 8, 6	desunt
ϛ'	1		
	2	XII 8, 6 — 19, 1	18
	3	19, 1 — 23, 3	10
	4	XII 23, 3 — XIII 4, 3	desunt
	5		
	6	XIII 4, 3 — 5, 3. 6, 1—13, 1	11
	7	14, 1 — XIV 7, 5	19
	8	XIV 7, 6 — 22, 2	20
ζ'	1—8	22, 2 — XIX 3, 2	desunt
η'	1	XIX 3, 2 — 9, 6. XX 4. 3. 5. XV 1, 3	8
	2—8	XX ?	desunt

Inde facile cognoscas folia praeter 7. 8. 20 bina ut cohaerebant servata et a glutinatore Vindobonensi prout ei offerebantur partim inversa (15—14. 2—1. 6—5) deinceps compacta esse.

Ceterum ne integrum quidem codicem universa tradidisse Geoponica hoc capitum indice demonstratur; quem qui conscripsit, cum excerpere solum Geop. in animo haberet, multis ut supervacaneis omissis, multis correptis partibus etiam crudelius detruncavit quam excerptor Palatinus. Idem compluribus libris capitibusque in singula coactis plane novam creavit librorum capitumque divisionem, quam hic cum pristina conferam:

Vindobonensis 112 libri	respondent Geoponicorum
I (νζ' i. e. 57 cc.)	I (16 cc.) II (49)
II (usque ad V 23 λδ' = 34 cc.)	III (15 cc., in Vind. unum) IV (15 cc.) V (53 cc.)
III (u. a. VII 12 κ' = 20 cc.)	VI (19) VII (37) VIII (42)
IV (νθ' i. e. 59 cc.)	IX (53) X (90)
V (u. a. XII 23 λβ' = 32 cc.)	XI (30) XII (41)
VI (u. a. XIV 22 κγ' = 23 cc.)	XIII (18) XIV (26) XV? (10) XVI? (22)
VII? (u. a. XX 5 νγ' = 53 cc.)	XVII (29) XVIII (20) XIX (9) XX (46) et XV 1, 3.

Libri II et V initia in eis quae supersunt verbis .ἀδε (*T* rubr. om.) ἔνεστιν (hoc bis) ἐν τῇ δευτέρα βίβλω et ἀρχὴ τοῦ έ βιβλίου· περιέχει δὲ λόγον περὶ τῶν ἀειφύλλων πάντων significantur: reliqui libri quanti fuerint, e capitum numeris colligitur. Liber XV et XVI Geop. utrum libro VI an VII Vindob. recepti an uni in l. VII coniuncti fuerint libris XVII—XX in librum VIII redactis, hodie cernere nequimus. Mirum videtur XV 1, 3 in fine additum, quod quidem caput cum reliquis sensu non coniunctum idem in alio fragmento Vatic. 573 exsistit a libro XV separatum. Sed cum in omnibus huius familiae codicibus desint XX 6 et 8—45, excerptor Vindob. 112 inde a XX 5 reliqua omissurus haud scio an illa quam suo loco oblitus erat paragrapho l. XV totum finierit codicem. Nam ll. XV. XVI universos hic demum secutos esse ideo non verisimile est, quod si quaternio septimus, qui nunc deest, ll. XV. XVI non continebat, necesse est singula eius folia non plus complexa esse quam ternas denas editionis Niclasianae paginas; atqui vel quaternionis secundi fol. 2, quod e servatis minimum spatium occupat in editione, illius paginis respondet 14, cetera paginis 15—31; reliquis vero locis, ubi plus duo folia deinceps desunt (quat. I. II fol. 1 quat. III f. 3—7 quat. IV. V fol. 1), singula folia 19

—24 paginas complectuntur; quibus optime respondet foliorum ratio (1 : 25), si l. XV. XVI partem fuisse quat. VII statuimus.

Cum Long. Harl. 5604, Vatt. 215. 216, Chelt. 1565, Par. 2313, ubi non mutata sunt verba corripiendi causa, fere semper congruit, velut IV 15, 18; V 2, 11 *στρογγυλοειδεῖς* [*τὰς δὲ ῥάγας διειδεῖς*] *ὡς*; 22, 2 *βλάστησιν·* [*τοὺς δὲ — αὔξησιν*] *τοῦ φυτοῦ*; X 25, 1 *ἀποτίθενται.* [*ἕτεροι ἐν — συντιθέασιν·*] *ἕτεροι εἰς*; 75, 11 *ἀπόξυσιν* [*δακτύλων δύο — διαίρεσιν*] *δακτύλων δύο*; XII 12, 6 *ἐπιληπτικοὺς* [*ὁμοίως — νεφριτικοὺς*] *καὶ* omissis. Codicis initium et finem periisse, sed libri XX partes exstare usque ad c. 6, a quo ipso illorum archetypum mutilum fuisse vidimus, iam supra memoravi. Itaque non errabimus, si etiam Vindob. 112 inde haustum esse coniciemus. Nam ex illis ipsis excerptus non est, quippe qui habeat XX 3, 1 inter *εὐώδους* et *ὀριγάνου* vocem $\overset{\gamma'}{\tau\rho\upsilon}$ (= *τρύγα*), quam illi omiserunt, Harl. Long. tamen litterarum spatio relicto.

Aliud continet fragmentum cod. Vindobon. 137 compactus Vindobonensis 137.
e duobus libris apud Nesselium numeris 276 et 277 notatis. Horum prior bombycinus continet Ismenae et Ismeniae amatoria Eustathii, alter foliorum 371 chartac. 20 × 14 cm. magnitudine, quorum 19 × 11 cm. occupant verba 27—30 versibus litteris recentioribus exarata, in ff. 1—12 haec tradit e Geoponicis: I 2, 3—13, 1 (f. 1—8); II 3, 1—6, 42 (f. 8—12); 7, 3; 4 (f. 12). I 3, 7 pro *διαβρέχουσα ἢ πᾶσα νηχομένη καὶ νυκτὸς σφοδρότερον κρώζουσα ὄμβρους προμηνύει·* legimus *διαβρέχουσα ἢ ἐπὶ κονιορτοῦ λουομένη· ἢ τὰς πτέρυγας αὐτῆς παρὰ τὸ εἰκὸς χαλῶσα ἢ καὶ συνεχῶς ἐκτινάσσουσα καὶ ὡσανεὶ τὰς φθεῖρας αὐτῆς* ‖ *ἀποκαθαίρουσα, ὄμβρον προσημαίνει*: quae signa neque in ipso Arato (Dios. v. 210 sq. ed. I. Bekker) neque in scholiis (ibid. p. 138 et 140) repperi. Fortasse a margine irrepserunt ut I 3, 9 *ἀνέμου* [*ἀπὸ οἴκου*] *καταφερόμενα*; 12, 10 *περιλαμπὴς* [*καὶ ἔνδοξος*] *ἀνὴρ*; II 5, 13 *ἐνύδροις* [*τόποις*] *ἀτμὸς*; 6, 32 *ἐλαίας* [*ἢ φοινίκων*] *μέλανα.* Reliqua eadem afferuntur quae in Harl. 5604 eiusque sociis. cf. I 3, 3 ubi Harl. et sine dubio socii eius cum Vind. ut editum, codd. integri om. *ἐξακούωνται — γίνωνται,* Marc. *ἐὰν δέ ποτε μὲν ἐκ νότου, ποτὲ δὲ ἐκ βορέου ἢ εὔρου ἀστραπαὶ φέρωνται, προορατέον ὅτι ἐκεῖθεν* | *μὲν ὄμβρος εἴθε δὲ ἄνεμος ἐπενεχθήσεται*; 6, 1 Vind. Harl. *ἀλλ' αὐξανομένης,* integri *ἀλλὰ γὰρ αὐξανομένης,* Marc. om. caput, § 4 Vi. Harl.

Long. Vatt. *αὔτη· τὸ φυτεύειν μὲν προσήκειν ὑπὸ γῆν οὔσης τῆς σελήνης· τέμνειν δέ*, integri om. *τὸ — προσήκειν*; 9, 4 Vi. Harl. ut ed., ceteri ut Basil.; II 6, 27 Vi. Harl. Long. titulum inserunt *ὁποῖον ἕκαστον τῶν φυομένων ἔχει τὸ εἶδος*, § 35 in mg. addunt: *ἄργιλος ἡ σμικτικὴ* (Vind. *σμιλ* |) *γῆ ἢ λευκόγειος*· quibus addit Vi. *ἣν εκιμυλίαν* (lege *κιμωλίαν*) *ὑ* | , § 37 omittunt *συμφύσεις* [*καὶ πυκνὰς — συμφύσεις*]· *δεῖ δέ*. Alias Harleiani notas ad §§ 36—38 adscriptas Vind. omittit. In cuius reliquis foliis sequuntur continuo eadem manu perscripta *ἐπιτομὴ νεοφύτου εἰς τὰς ε̄ φωνὰς τοῦ πορφυρίου* usque ad f. 16 et *περὶ ἑρμηνείας καὶ τῶν τριῶν σχημάτων*, tum m. rec. exarata in f. 349 *ΑΡΣΕΝι*e (c) (?) quae sic incipiunt: *ὁ σκοπὸς τῷ ἀριστοτέλει*. Haec dirimuntur saepius foliis vacuis. In f. 371 quae scripta sunt m. 2 non omnia intellexi: Eu . . . . (?) affricani *περὶ ὡραίων τοῦ ἔτους*· | (scilicet ad Geop. II 7, 3, quae extrema est in Vindobonensi, in omnium codicum mg. additur *Ἀφρικανοῦ*) m. *τις* | (?) . . . . *νεοφύτου* in 5 voces porph | . . . . . . erudita epitome . . . . | proposite . aliis (?) . . . . | . . . . | .

Burneianus 124. Item ad cod. Harl. 5604 vel huius affinem referenda sunt, quae cod. Burneiani 124 recentissimi librarius inter multa alia excerpsit ex Heronis arte geometrica et Geoponicis. Illius, quae occupat f. 26 r—41 v, titulus, initium, finis eadem sunt quae in Harl. Long., haec incipiunt f. 70 r verbis *βιβλίον πρῶτον*· | *τὰ διαφόροις*, finiuntur f. 86 voce *ἄλω* XIX 6, 12. Quae unde manaverint, apparet e notis ad II 6, 35—38 in f. 77 r margine adscriptis, quae plane eaedem exstant in Harl. Long.; cf. quae supra de Vindob. 137 notavi et Niclasii edit. p. 109.

Parisinus suppl. 452. Has notas itemque titulum § 27 *ὁποῖον ἕκαστον τῶν φυομένων ἔχει τὸ εἶδος* inveni etiam in Parisino suppl. 452 chart., cuius f. 1 inscriptum est: Mauritii Brevii | ex dono Phil. Ptolemaei civis Senensis, nobilissimi equitis Si. Stephani . . . . . laude cumulatiss. | Senis 1. Decemb. 1589. Nil inest nisi *Ἥρωρος γεωπονικὸν βιβλίον* f. 1—21 r, et foliis 21 v et 22 r omissis partes ll. I et II Geoponicorum ordine non servato; nam titulus II 19, quo finitur ultimum f. 39 v, sequitur caput 26. Reliquus codex periit. Geop. ab altero librario correcta sunt ad exemplar integrum. Qui verba in Harl. I 1, 7 post *ἀπριλλίων*: *ἤγουν τῇ κδ̄ τοῦ σεπτεμβρίου* et § 9 post *δεκεμβρίων*: *ἤγουν τῇ κβ̄*

τοῦ νοεμβρίου inserta itemque 3, 3 *ἐξακούωνται — γίνωνται* integris non servata atramento oblitteravit, ad Harleiani verba 3, 1 *μελαινό[μεναι*, § 11 *τρύζοντες* ipsa oblitterata, I arg. *ἅμα*, 1, 6 *ἡ μὲν θερινὴ* in mg. addidit integrorum lectiones: *τεραι*; *γρ. τρύζουσα*; superest *ἅμος*; *ἡ μὲν χειμερινή*.

Sed redeamus a fragmentis excerptisque ad ultimum huius familiae codicem integrum Marcianum 294. Sicut omnes, de quibus adhuc egimus, in charta scriptus est s. XIV vel XV. Marcianus 294.
Folia 1—106 continent Oribasii *Εὐπόριστα* (Orib. ed. Bussem. et Daremberg, Par. 1851 I p. XXXIV et XXXV), quorum l. I inscribitur *βιβλίον περιέχον τὰς ἰατρικὰς σκευασίας τῶν ἐμπλάστρων* nomine omisso; sed l. II titulum in f. 9 antecedit *Ὀριβασίου πρὸς Εὐνάπιον*. Geop. a f. 107 incipiunt verbis *Τὰ διαφόροις* arg. l. I. Item I 15 servato, XX 8—45 omissis plane congruunt cum Harl. Long. etc. Contra Heronis opus deest. f. 217 v post ultima Geop. verba *τὸ δὲ λοιπὸν πατηγίεις ἄλιξ*, quae sic in solis Vat. 216 Chelt. 1565 Par. 2313 occurrerunt, *τέλος εἴληφεν ἡ παροῦσα πυκτὶς μαρκιανοῦ τοῦ ῥακενδύτου* primum litteris solutis et inaequalibus exaratum, tum concinnis et quasi quadratis repetitum est; deinde litteris solutioribus: *χ̄ς ὁ ἐρχόμενος ἐμφανὸς θ̄ς ἡμῶν ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ ἐξόρους κατακίου δασέως*.

Κ̄ς | *λεοθυϙωψλω ἐν ϙ̓εϿ λξλν᾽θυϙωφσ᾽ψϙλω* |, i. e. *ὁ ἐλάχιστος ἐν ἱερομονάχοις φώτιος*, et litteris paene uncialibus: *τοῦ προφήτου . . τὴν βρ* (?)! . *μην νε̃ ἑορτάζομεν δια. τ εὐ* (?) *δυσωπουμενοῦν* (?) *σου τὰς ιυχᾶς ὑμ̃.* Sequitur extremum codicis folium, quod inscriptum est: *ἐτουτο ἐστὶν τὸ βιβλίον* | *τοῦ μανῤίανου* (?) et inferius litterarum arcanarum prioris paginae *λ — θυϙ* formas magnas rudesque sequuntur litterae minores et quadratae *κλοόθ ς . ές . ςσ. = πολλὰ . . έ . . . ω.*, quae paene evanuerunt, et verba *θεοφάνης μοναχός*.

Verum iam nimium temporis consumpsimus in exemplaribus fragmentisque archetypi mutili: cuius quae sit fides ut cognoscatur, opus est comparatione codicum integrorum.

Horum omnium parens est codex Florentinus bibliothecae Mediceae S̄ti Laurentii nr. 32 pl. 59 iam a Niclasio (Praef. ed. eius XVII) laudatus, sed ad editionem non adhibitus. Nihil continet nisi Geoponica 24 versibus exarata in 251 Florentinus (Laurentianus) LIX 32.

foliis membranaceis 22×18 centimetrorum, quae unum sequitur vacuum. Lineae stilo expressae summas litteras tangunt; item binae utrimque dividunt marginem. Ipsa verba tegunt 17×12 cm. Singulos libros praecedunt ornamenta aureo colore picta, rubro circumscripta, cyanea excepta fascia, quam sequuntur litterae *ΒΙΒΛΙΟΝ* cum numero suo et in margine sinistro *T* verbi *Τάδε* iisdem distinctae coloribus. Etiam titulum *ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ* similis praecedit pictura. Omnia alia atramento descripta sunt, tituli capitibus praefixi et auctorum nomina in margine addita litteris quae dicuntur maiusculis, reliqua minusculis, quae formam ostendunt concinnam et fere quadratam. *β* (Gardth. Griech. Pal. p. 200); *γ, γχ* (201. 209); *ε* (201), *ει*; *ζ* (202); *ην, ν* (204); *π, ἐπὶ* (205); *ϱ, αϱ, εϱ, τϱ* (206); *σ, ττ* (207); *φ* (208); *ψ*; *ω* (209) semper tenent formam antiquiorem, etiam a, k perraro occurrunt *α*, *k* loco. *ι* mutum aut deest aut adscriptum est (ibid. p. 195), *υ* punctis nunquam, *ι* raro distinguitur et saepe m. rec., qua etiam hic illic pauca correcta aut adnotata foliorumque numeri additi sunt. Spiritus utraque sunt forma (p. 286). Litterae, imprimis *ε*, saepe cum praecedentibus sequentibusve coniunguntur. Contra verba praeter *καὶ*, quod et K, et Š scribitur, perraro corripiuntur, plerumque in fine versus, superscriptis iis quibus locus non fuerat litteris. Haec omnia suffragantur Bandinio hunc codicem saeculo XI tribuenti.

Huius ff. 1—10 integrum *πίνακα γεωπονικῶν* deteriore quidem atramento, sed eadem, ut videtur, manu conscriptum, ff. 11—251 ipsa Geoponica continent integra praeter pauca socordia omissa et nonnulla, quae in archetypo aut legi non poterant aut iam deerant; tum diligenter servatur spatium velut II 33, 5 vocis *ἵπποις*, IX 3, 5 inter *ἄνεμοι* et *μάλιστα* quattuor litterarum, XIII 15, 8 unius versus et dimidii, XIV 9, 5 dimidii, et in mg. additur: *ζήτει*. In fine codicis nil legimus nisi: *ἔχϊ τῶ βϊβλίων* (sic!) *τούτο φύλλα σνα*; quae sequuntur *ηστοπαχην* (?) qui potest interpretetur. Aliquot locis cum singula verba tum universae sententiae aut obscoenae aut superstitiosae postea erasae sunt: I 14, 1; 2. 15. II 19, 1. 42, 3; 5. Ibi eadem scripta fuisse quae in Needhamii Fol. Long. Bod. hodie quoque facile cognoscas. II 42, 3 rectene omnia restituta sint m. rec., postea quaeremus. Eiusdem erit vox *Ῥαφαὴλ* in rasura scripta II 19, 1, ubi Marc. 524 ipse habet rasuram, Harleian. 5604 eiusque socii itemque aliquot Florentini apographa tradunt *φρυήλ*. Con-

tra lacunas I 14. 15 et II 42, 5, ubi quattuor litteras, i. e. Ἰαβώ deletas esse apparet, non expletae sunt. Praeter hoc locos erasos aliud huic codici proprium est vitium, quod ad cognoscendam eius subolem summi momenti est. Qui enim conglutinavit eum, uno ternione perverse plicato, quae continebant tria folia eius posteriora, l. XIV c. 18, 8 inde a *καὶ ἑψηθέντος* usque ad c. 24, 8 *ἐλύμῳ*, interposuit inter duas partes vocis *ὑπο* ‖ *θυμιᾶται*, quarum priore finitur f. 203, posteriore incipit f. 207, quod primum novi ternionis esse debuit. Itaque liber XIV nunc legitur in Florentino hoc ordine: ff. 198—203: c. 1—9, 3 *ὑπο*; ff. 204—206: c. 18, 8 *καὶ ἑψηθέντος* — 24, 8 *ἐλύμῳ*; ff. 207—209: c. 9, 3 *θυμιᾶται* — 18, 8 *πτισθέντος*; f. 210: c. 24, 8 *καὶ ζειᾶ* — 26. Hanc foliorum permutationem omnes fere codices integri secuti, unde orti sint, produnt. E quorum numero primum quattuor sunt separandi: Vindob. 49, Guelferbytanus, Paris. 1993, Taurinensis.

Ac Vindobonensis 49 quidem, editionis principis parens, constat ex 218 ff. chartaceis 20×14 cm. magnitudine, quorum extremum vacat, 11 prima, quae prooem. et I 1—11, 7 *καθαραὶ οὖσαι*, et 17, quod II 2, 2 *ἐργασίαν καὶ* — 3, 6 *διὰ τὸ* continet, si ex varietate scriptionis conicere licet, postea addita sunt. Accedit, quod folii 12 sordes atque laciniae charta candidiore coniunctae hoc folium aliquamdiu primum fuisse totius libri indicant. In f. 1 parte suprema legimus: Ruellius in primo li(bro?) scrip(torum) (?) c. 22 autorem Zoroastrem laudat, rubro et: is est Heron +.) memini Brιnbq (?) de Culice virgilii pag. 32, atramento paulum decolori scripta; utraque postquam oblevit Brassicanus subscripsit atramento nitido: Ioannis Alexandri | Brassicani philo|sophi ac iure|consulti | . . (liber?), et: titul. libr. sic est excuden|dus ne cribo (?) omisso: et deinceps totum editionis suae titulum. Praeterea Vindobonae fortasse sinistra adnotatum est atramento deterrimo: Nr. 9 | Nr. 149 | ab Oporino em. | , Sonntg et (?). Etiam in libri ipsius margine manu recentiore, Brassicani puto, multa plerumque Latine adscripta sunt, partim interpretationes partim testimonia veterum. Itaque quoniam hoc libro ea qua nunc habemus forma iam Brassicanus usus est anno 1539, pars vetustior utique non inferior est saeculo XV. Litterae vicenis versibus in ff. 1—11 et 17, in ceteris vicenis binis 14×10 cm. spatium occupantes initio accurate, postea levius exaratae sunt.

Vindobonensis 49.

Guelferbytanus.

Quamquam Vindob. librarius nusquam eo procedit neglegentiae, quo Guelferbytani scriptor in posteriore parte universa capita omittentis. Uterque omittit indicem capitum, servat II 19, 1 vocem *φρυήλ* in Flor. erasam et m. 2 in *ῥαφαήλ* mutatam, ut ante reliquos ex illo videantur manasse. I 14, 1—3 autem et II 42, 3 ambo ferunt illa verba interpolata, quae etiam in Needhamii et Niclasii editiones irrepsere. I 14 Guelf. incipit *ἔχε λίθον χαλαζίτην* voce *εὑρὼν* omissa; pro l. I c. 15, quod utrique deest, Guelf. repetit 14, 5; 6. Soli praeterea XX 16. 17 eo, quo edita sunt, ordine habent, ceteri omnes ordine inverso. Iure igitur Vind. 49 et Guelf. appelles fratres consanguineos: parens quidem alter alterius esse non potest, cum quae Vindob. omittit verba II 6, 28 *ἐκ μιᾶς ῥίζης* [*οὐ* — *ἐκ μιᾶς ῥίζης*], III 13, 9 *σπαρέντα* [*κἂν* — *σπέρματα*] aliisque locis, Guelferbytanus habeat, quae Gu. omittit capita velut XVII 14 et XVIII 16, multa alia, habeat Vi. Etiam litterarum forma et species fere eadem est in utroque. In Gu. f. 1 r haec verba sunt: CONSTANTINI MANASSIS | CHRONICON | Ad exemplar bibliothecae Regiae. | MARQ GVDIVS (hoc in rasura) | AN XPI MDCLX. | PARISIIS, in f. 1 v. nil praeter *Γαιοπονηκὰ Μάρωνος τοῦ Ῥωμαίου καὶ* | *τῶν λοιπῶν*: quae m. recentissima scripta puto eo tempore, quo Const. Manassis tegmentum cum folio primo a codice suo abscissum Geoponicis additum est. Ipsa Geop. in f. 2 ita ordiuntur: *τριὰς βοήθει χριστιανῶν τῷ φύλω*: — | *Ἀρχὴ τοῦ Γαιπονηκοῦ πρώτου βιβλίου* | *μάρωνος τοῦ ῥωμαίου καὶ τῶν λοιπῶν*: — et in f. 231 v (p. 462) sic finiuntur: *δοξάσοι ὁ θς̄ δοξάσοι*:

Parisinus 1993.

Huic simillimus est Parisin. Regius 1993 chart. scriptus a. 1485. Textus folia 140 includuntur binis foliis eiusdem chartae; praecedentibus inscripta sunt haec: *οἱ ἐξ ἐπαγγελίας γεννηθέντες εἰσὶν ζ̄ κτλ.* (2 versus) — *εὐθύμιος*: —; tum *εὐχὴ ἐπιδημούντων* (alia atque Geop. manu?), cuius initium: *Κε̄ ὁ Θς̄ ἡμῶν*; deinde m. rec.: Codex Colbertinus 1983. Regius 2668, et num. 1993, quem nunc tenet; denique *πίναξ ὠφέλημος γεωργικός*; quem non propriam fuisse codicis partem, sed postea additum esse inde colligo, quod scriba contra omnium codicum ceterorum usum saepe addidit auctorum nomina, quod iam II 25 ab incepto destitit totam paginam vacuam relinquens, quod rubricator litteras initiales ab illo omissas non pinxit. Contra in eis quae textum sequuntur foliis primum sic alloquitur librarius

Chrysostomum: ἐξ οὐρανῶν ἐδέξω τὴν θείαν χάριν κτλ. (3 versus) — ὡς τὰ θεῖα σαφῶν: — tum tradit λέγξεις (m. 2 λεξ) καὶ σαφήνια (2 m. εια) λαχάνων, | τῶν ἀκριβῶν ὀνομάτων· | θρίδαξ, λέγεται τὸ μαρούλη: γλίχωνα τὸ φλησκοῦνη: Praeterea continet codex et in capite et in fine bina folia alterius chartae, unum recentius et unum valde infuscatum cum altero recentiore conglutinatum, quod interiorem prioris tegmenti partem fuisse suspicor. Horum prioris paginae liberae inscriptum est ἰ̄ς̄ χ̄ς̄ — × —ω
͵αφλβ, quo anno 1532 omnes horum foliorum nugas natas esse censeo. In parva scida infra haec agglutinata post Geoponicorum titulum repetitur subscriptio codicis. Quae adduntur in margine inferiore, videntur mera esse calami exercitia. In posteriore folio nil est nisi haec verba: ἀρωματικαὶ ἔνοιαι (ἔνιαι scil. λέξεις?) | κινάμωνον λέγεται κανέλα. Recentiora folia vacua sunt. Foliorum forma est 28 × 21 centimetrorum; quorum 20 × 11 verba occupant 35 versibus, quorum lineae atramento factae sunt. Litterae sunt crassae et quadratae, atramentum fuscum. Nomina auctorum plerumque in textum recepta, saepe in mg. repetita et tituli rubro pallido distinguuntur. Margini superiori semper inscriptum est laeva L(iber), dextra numerus Latinus. Interdum additur Iesus Maria. Prooemio antecedunt Guelf. verba τριὰς κτλ. et ἀρχὴ κτλ. Post ultimum Geoponicorum verbum αἱμάτιον: — legimus: Laus deo. MCCCCLXXXV. Ind. tertia: Die Veneris sexto decimo Decembris: hora XIIII; (hoc in rasura) ego Franciscus Thosa|dellus cons(ulis) (?) Tarvisii cancellarius natus ann. L fi|nem imposui huic libello exscripto manu mea post labores XXIII noctium | quibus incoepi et finivi: | praetore Tarvisii clar^mo^ | D. Peratio Maripetio (?): ac | ill^mo^ principe ven̄ Dn̄o | Marco Barbardito: Laus | Deo. In mg. interdum quaedam notantur Latine, velut prooem. 6: partes politicae ces (?) | Militia (ead. m.): suictas inibit (? m. rec.) | Sacerdotium: et | Agricultura; ad § 7: laudat magnitudinem rerum; ad I, 1: Qū(ando) ver incipit et | qū(ando) desinit secun|dum Varronem rom̄(anum). | De aestate. | De auctumno. | De hyeme. | De tropicis. | Qū(ando) dies sunt pares noctibus. In f. 93r mg. superiore haec inseruntur m. rec. ante X 58 πότε δεῖ συνάγειν τὰς ἀμυγδαλᾶς: μυγδαλῆ ἐγκεντρισθεῖσα εἰς περσέαν δύναται πλὴνθικ`` (πλινθικὸν?) τὸν καρπὸν φέρει(ν). καὶ ἄμπελος παρὰ τῇ μυγ-

δαλῆ φυτευθεῖσα | *εἶτα μετὰ ἑνὸς ἔτους τρυπηθείσης τῆς μυγδαλῆς ἐν τῶ πρέμνω καὶ ἡ ἄμπελος εἰσελθοῦσα* . . . *τῆς* (hic pauca atram. oblitterata) *ὀπῆς κηρῶ περιπλασθείσης* (hoc 1 m. oblitteratum et *ἐμφράξας* superpositum est) | *ἕνεκεν τῶν μυρμήκων*(·) *εἶτα ἐπιδ᾽ἀν σαρκωθῆ τῆ μυγδαλῆ τὴν* (?) *ἄμπελον κόψας ἕξει* (utrumque in correctura) *τῶ τῶν μυγδαλῶν καιρῶ καὶ βότρυας· σὺν τῆ μυγδα|λῆ γὰρ ἀνθεῖ καὶ καρποφορεῖ*:

Neque haec neque notas supra memoratas tradit librarius Guelf.; sed in ceteris quae inspexi, fere ubique consentiunt. Soli argum. l. I inscribunt tit. *ἐπιγραφὴ τῶν ὀνομάτων τῶν περὶ γεωργίας συγγραψάντων*, I 7, 14 rubro addunt in mg.: *μέθοθος*, 14, 1 ordiuntur: *Ἔχε λίθον χαλαζίτην*, XX 10 tit. *ὦ ανος* Florentini (Nicl.: *ῷ Ὀππιανὸς*) in *ἆ ἄνος*, 30 tit. *κεστρέων* in *περὶ στρέων* corrumpunt, c. 19 omittunt. Ubi dissentiunt, differentia tam levis est, ut uter sit archetypus, uter apographum, inde iudicare nequeam. cf. VIII 21, 1. Guelf. recte *πυκνόν*, Paris. *πυκρόν*; XX 37, 1 G. *πρίδακος*, P. $\overset{\pi}{\vartheta}$*ρίδακος*; 41, 1 G. *ποίη*, P. *πο*$\overset{\eta}{\iota}$*ει*.

Taurinensis 35. His tertius adiungendus est Taurinensis 35. Qui cum in catalogi codd. Gr. Taurin. p. 141 his describatur verbis: Chartaceus saec. XV habens ff. 100 dilucide accurateque scriptus, cui titulus: *Ἀρχὴ τοῦ Γαιοπονηκοῦ πρώτου βιβλίου Μάρωνος τοῦ Ῥωμαίου καὶ τῶν λοιπῶν*: etc., non dubito, quin etiam in ceteris rebus cum Guelf. Par. congruat, praeterquam quod secundum eundem catalogum: argumentum cuiuslibet capituli notatur in mg. vocabulis Latinis.

Iam alteri familiae adnumerandi sunt Parisinus Regius 1995 et Cheltenhamensis 6762: quae inde cognoscitur, quod Florentini index capitum et verba pristina II 42, 3 servantur, I 14, 1; 2 omittuntur, II 19, 1 vox *Ῥαφαὴλ* fertur in Flor. voci erasae *φρυὴλ* substituta. Haud raro tamen tamquam gemini nostri a reliquis fratribus differunt: in titulo indicis capitum *πίναξ σὺν θεῷ τῶν γεωπονικῶν* desunt voces *σὺν θεῷ*; servantur prooem. 11 *δέσποτα* et I 14, 3 in ceteris omissa; item V 26, 9 *περὶ*, ceteri *ἐπὶ*; VIII 34, 2 *ἁπαλὰ*, cett. *παλαιὰ*; 41 tit. *δημοκρίτου* et 42 tit. *πυθαγόρου*, in cett. 41 sine tit., 42 *δημοκρίτου*. In eiusdem libri c. 21, 1 uterque librarius *μικρὸν* coniecit pro *πικρὸν* ceterorum e *πυκνὸν* corrupto, XIV 9, 3 verba *ὑπὸ καὶ ἐψη-*

θέντος archetypi Flor. culpa sensu carentes mutavit in *ὑπόβαλλε καὶ ἑψηθέντος*, universo operi subscripsit *τέλος ἔλαβεν ἡ παροῦσα βίβλος τῶν γεηπονικῶν βιβλίων· εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν ὄντων.*

codex Saraceni.

Verba *ὑπόβαλλε καὶ ἑψηθέντος* etiam in Saraceni codice legi auctor est Needhamius aut quisquis conscripsit notas in Museo Britannico cum cod. Harleiano 1868 compactas, cum ipsarum numerus fuerit 6876, quibus conferuntur cod. Longoliani et Saraceniani lectiones cum Cornarii interpretatione et editione Basileensi. Itaque cod. Saraceni his tertius adnumerandus est.

Cheltenhamensis 6762.

Cheltenhamensi 6762 praeterea subscriptum est atramento *Κλαυδίου Μιταλιέρου* (hoc in ras.) | *Οὐϊενναίου* | 1560. Idem nomen occurrit erasum cum anno 1555 in secundo totius voluminis folio et in quinto indicis capitum rubricae insertum. Reliqua quae antecedunt ipsa Geoponica: Geoponica sive de agric. ll. XX | iussu Imper. Const. Porph. | in unum coll. | Graece | Cod. Ms. initio Saec. XVI exaratus | qui a. 1555 Claud. Mitallerii (f. 1 v), quaedam de orbe signifero (f. 2r), 274 *Κασσιανοῦ γεωπονικῶν* (in prima ipsius textus pagina), manibus diversis videntur addita esse, cum codex iam iterum esset compactus; certe in eis quae textui antecedunt foliis notam chartae inveni ancoram cum stella, cum ipsius codicis nota sit librae similis, et paginarum 284 numeri m. rec. pro foliorum numeris a glutinatore passim abscisis substituti incipiunt a primo textus ipsius folio. Horum forma nunc est 30×20 cm. Scriptura pulcra sed recens occupat 20×13 lineis 30 stilo impressis. Auctorum nomina textui inserta, tituli, initiales rubro distinguuntur subflavo; dextra in mg. superiore librorum, in inferiore quaternionum numeri adduntur atramento.

Parisinus 1995.

Parisinus Regius 1995 constat e ff. 205 numeris notatis 27×20 centimetrorum. Quibus praecedunt duo numeris carentia his verbis inscripta: *Α* | *βιβλίον γεωπονικὸν συντεθὲν* [*κ ὑπὸ*] (haec 1 m. oblitterata sunt) *παρὰ* | *κωνσταντίνου τῶ βασιλέως.* | *ἔτι σωστράτου καὶ ἱπποκράτους ἱπποιατρικόν·* | 1995. Verba neglegentius saeculo ut videtur XV scripta occupant 21×13 cm. lineis 27 stilo impressis; tituli et nomina distinguuntuur rubro subfusco. ff. 1—9 indicem capitum continent, tum incipit in f. 10 prooemium. Medio f. 184v verba *τέλος ἔλαβεν* — *ὄντων* sequitur ead. m. scripta haec rubrica: *ἀρχὴ τῶν ζωδίων καὶ μηνῶν*; quorum initium est: *σεπτεβρίω μηνὶ εὑρίσκεται,* finis: (*αὐγούστω*)

κή, κϑ', λ', λά λέων; tum f. 186 r rubro: περὶ μὲν τῆς τῶν ζωδίων καὶ μηνῶν εἰσόδου — εἴρηται κατ' ἐπιτομήν· et atram.: Δεῖ δὲ λοιπὸν καὶ περὶ σχημάτων .... κράσεων .... ἀποτελεσμάτων κτλ., quae interrumpuntur post verba τῆς τοῦ ἡλίου κινήσεως·γ | in f. 189 fine. Reliqua enim folia chartae asperioris, cuius nota est rotae similis, cum prior habeat crucem e circulo surgentem, continent artem veterinariam, cuius verba misere corrupta plerumque congruunt cum partibus libri primi Hippiatricorum (ed. Basil. 1537 apud Valderum). Praecedit index capitum sine titulo, cuius initium: περὶ πυρετοῦ ἵππου.[α] περὶ μάλεως ὑγρᾶς ἱέρωνος.[β], finis: περὶ ἁπαλόποδος [μιι'] | τέλος τοῦ ἱπποπίναξ (sic!) ἔχων δὲ τὰ ἴδη καὶ τὰ ἔμπλαστρα. Tum demum quinque versuum spatio intermisso legimus titulum: βίβλος ἱπποϊατρικῆς μετὰ πόσεως ἑρμηνεμένου σωστράτου καὶ ἱπποκράτους. || περὶ πυρετοῦ ἵππου ά. Hucusque omnia scripta sunt rubro, capitum numeri interdum minio. Liber ipse atramento ravo scriptus manu paulo recentiore quam superiores codicis partes ita dispositus est, ut plerumque morbi descriptioni, quae sub indicis titulo fertur, annectantur singulae medicinae propriis titulis plerumque item rubricatis instructae: velut c. 1 περὶ πυρετοῦ ἵππου = Hippiatr. p. 1 et 2 — lin. 16 πλέον δὲ μὴ δυνάμενος διαφωνεῖ sequitur ϑεραπεία· (r.) ἐγχυματίσας αὐτῷ ὠὰ τρία, cf. Hipp. p. 7. 8, tum ἀγαϑοτύχου ἐγχυματισμὸς εἰς τὸ αὐτό. (hoc atram., sed in mg. rubro: ἄλλο εἰς τὸ αὐτό.) γάλακτος αἰγείου μῆναν (sic!) μίαν cf. Hipp. p. 9, deinde ἄλλο· (atram., sed mg. r. ἄλλο ἐγχυμάτισμα εἰς τὸ αὐτὸ πάϑος ἀναψυχικόν·) κρόκου ἀληϑινοῦ οὐγγίαν μίαν, quod in Hippiatr. non repperi, cuius finis f. 191 r μὴ ποίει ἐν χειμῶνι, ἀλλ' ἐν ϑέρει. Tum demum incipit c. 2 eadem qua in indice rubrica περὶ μάλεως κτλ. Ceterum maior pars operis deest; nam capita extrema sunt περὶ ψώρας δοκιμον in f. 204 v et [πρὸς τ]έτανον αλογ . . in f. 205 r valde attrito, cuius finis χαλβάνιν καὶ ἔλαιον καὶ κρόμιον· at περὶ ψώρας· εἰς ἀγρίαν ψώραν· περὶ τετάνου. tituli in indice notantur numeris ις'· ιζ'· ιή·; hunc quidem codicem nunquam plura continuisse probatur ipso folio 205 magnam partem vacuo.

Hic tractatus veterinarius cum Geop. compactus nos refert ad alterum par eorum, qui nobis hic tractandi sunt, codicum. Namque in Paris. 1994, Neap. 308 et 309 pro indice capitum libri XXI. Geoponicorum nobis offertur index huius libelli non

is, qui fertur in Par. 1995, qui solos morbos enumerat, sed omnium rubricarum. Incipit *περὶ πυρετῶν γενομένων ἐν ἵππῳ.* Post ultimum indicis Parisini 1995 titulum *περὶ ἁπαλόποδος,* cui numerus in illo *μή,* in Neap. 309, qui unus ex his tribus numeros addit, *πθ'* est, sequuntur haec lemmata: *ἄλλο καὶ βέλτιον εἶναί μοι δοκοῦν· ἔμπλαστρος μαλακτικὴ διὰ χύλου· ξηρίον ἀφουλωτικόν· ἄλλο.* (om. Par.) *καυστικόν, πρὸς τὸ· καθαίρειν* (Par. *καθάραι*) *ῥυπαρὰ ἕλκη· ἄλλο καυστικόν· ξηρίον ἀφουλωτικόν* (in Neap. 309 qé = 95). In eodem subscriptum est: *τὸ*
ον
κα· βιβλίον τῶν γεωπονικῶν λείπει. et in Par. 1994: *σήμαινε, ὅτι τὸ εἰκοστὸν πρῶτον βιβλίον οὐχ εὕρηται ἐν τῶ γεωπονικῶ βιβλίω, ἀλλὰ ἀλλαχοῦ· διὰ τοῦτο οὐκ ἐγράφη ἐν τῶ καταλόγω· ἔξι δὲ ὁ πίναξ περισσός.* Orta confusio est, nisi fallor, a Neap. 309. In eo enim codice, de quo, quia e diversis contaminatus est, infra fusius agam, cum indices capitum singulis antecedant libris, ille index l. XXI hodie quoque in calce totius operis est, id est eodem loco, quo ille archetypus praebuit, qui Geoponicis et Hippiatricis coniunctis innocens erroris auctor fuit. Contra in Neap. 308 et Paris. 1994, quos ut e Flor. natos esse verba eorum ubique docent, ita ad aliud exemplar Neapolitano 309 simile correctos esse notae quaedam in mg. Paris. adscriptae velut I 3, 3 *ἐξακούωνται — γίγνωνται* in textu omissa, § 11 *τρύζοντες* ad *τρύζουσα* produnt, index nothus ceteris indicibus additur Florentini exemplo in capite operis congregatis.

De Neapolitano 308 (III D 24), quem ubi necesse videbatur, mihi contulerunt Fr. Vogel et Nic. Mueller, in catalogo Bibl. Regiae ed. 1832 haec leguntur: Cod. ms. bombyc. spissus foliis scriptis 148 in fol. Descriptus videtur s. XV charactere nitido etc. In codicis fine inscriptum est atramento: Antonii Scripadae ex Iani Parrhasii testamento. Neapolitanus 308.

In Parisini Regii 1994 primis quattuor foliis membranaceis nihil legitur nisi 1994, in sequenti chartaceo satis infuscato atramento vario scriptum: 21 (?) Andriae Naugerii IV vide Cod. 2546. 11⁰ | *πίναξ.* | *ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ περιέχονται γεωπονικῶν συλλογὴ ἐκ διαφόρων λογίων ἀνδρῶν περὶ ταῦτα* | *φολοπονησάντων* (sic!) *ἐν εἴκοσι βιβλία διειλημμένη: ὧν ἁπάντων ὁ πίναξ ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας* | *ἐκτέθειται: — καὶ πλέων οὐδὲν: —* Nr. 5 quinta. Sequuntur duo alia folia chartacea vacua, in quorum secundi margine inferiore: *ἔτει τῶ τῆς χῦ γεν-* Parisinus 1994.

νήσεως ͵αυϙή μηνὶ ἰουνίῳ κά: cui anno 1498 conveniunt, quae librarius fini Geoponicorum subscripsit rubro: *τέλος τοῦ περὶ γεωργίας βιβλίου, εἰς κ' βιβλί|α διηρημένου: Μιχαήλου:* — et atram.: *Δὶς δέκα | κ', |* (deletum m. 2) *δὶς τέσσαρ* ∧ (*σϊ τ'* superscr. m. 2) *ἐν ἤμασι τοῦτο τὸ ἔργον λασκάρεϊ μιχαὴλ, γράψα γεηπονίης*: Agmen claudunt unum fol. chart. et tria membr. vacua. Quae intercedunt 155 ff. chart. m. rec. numerata forma 25 × 20 cm. sola continent Geop., quorum litterae satis compositae 20 × 11 cm. tegunt 24 lineis stilo impressis subscriptae atramento ravo et pallido. Qui marginem inscripsit notis supra commemoratis, alio atramento fusco potius usus est. Rubricator rubrica purpurea sicut in Florentino titulos in textu, numeros et nomina in margine conscripsit, librorum initia ornamentis distinxit; idem uniuscuiusque folii mg. sup. *βιβλίον πρῶτον, δεύτερον* etc. addidit, in indicis binis columnis a f. 1 ad 10 v patentis libro III nomina mensium Aegyptia pinxit, indici l. XXI in f. 10 v subscripsit *σήμαινε, ὅτι κτλ.*, unde continuo perrexit ad prooemii titulum.

Uter ex altero descriptus sit, cum omnibus quos novi locis congruant, indicare nequeo. Quid? quod ne a quibusdam aliis quidem huius familiae codicibus ulla re differre videntur, nisi indice illo interpolato? Neque enim solum ea quae iam supra memoravi, cum de Par. 1995 et Chelt. 6762, sed etiam quae subscripsit rubricator *τέλος τοῦ περὶ γεωργίας βιβλίου, εἰς κ' βιβλία διηρημένου* eis communia sunt cum Cheltenhamensi 1523 et Harleiano 1686.

Cheltenhamensis 1523. Parentem quidem ceterorum Cheltenhamensem 1523 (Meerm. 213) non esse inde apparet, quod in titulo indicis omnibus communi *τοῦ βιβλίου* omissum, subscriptionis verba *εἰς κ̄* (= *εἴκοσι*) *β̄* (= *βιβλία*) in *εἰς κ̃^{ον}* (= *εἰκοστὸν*) *β̄* corrupta sunt. Praeter haec in ipsis Geop. nihil inveni huic codici proprium, nisi quod VIII 42, quod sicut in reliquis falso Democrito vindicatur, in mg. additur m. rec., qua alibi quoque multa adnotata sunt et Graece et Latine, alii *πυθαγόρου*, et II 5, 13 sicut in Harl. 1686 est *ἐνύδροις τόποις ἀτμὸς*, quare quin illius sit apographum vix dubium est. In f. 1 exaratum est atram.: Dieu faict le mieulx, cum armis Philips, pristini bibl. Chelt. possessoris, in f. 2r rubro: Ex ll. Do. Io. Ruellii | Ex ll. Alberti Fabritii | Const. Caes. de Agric. libri XX, et 2 v atram.: *Γεωπονικῶν*

βιβλία κ' | Geoponicorum de Agricultura libri XX Constantini Porphyrogenneti | , et m. rec. levissime: Graece cum plurimis lectionibus margini adscriptis, in f. 3 mg. sup. atram.: Collegii Parisiensis Societatis Iesu: et in dextero atram. ravo transversis litteris: Paraphé au desir de l'arrest du 5 Iuillet 1763 | Mesnil. Ab hoc folio, quod is, qui folia numeris instruxit, primum esse voluit, usque ad f. 13 r pertinet index capitum; f. 13 v sequitur prooemium. Omnium foliorum quae sit summa, quia numeri post 184 deficiunt, nescio. Forma est 27 × 30 cm., quorum 16 × 10 litteris inscripta sunt specie pulchra sed recentiore Harleiani 1686 similibus. Sicut in illo rubricator nomina et capitum numeros in mg. exteriore, librorum in superiore addidit.

De Harleiano 1686 eis quae iam rettuli addenda sunt haec: Folia inscripta numerantur 233, sed numerus 11 bis exstat. His praecedunt quinque, sequuntur octo folia, quibus nihil inscriptum est nisi illorum quarto: Liber Humfredi Wanley, horum septimo: VI, et: Ex Biblioth. Melchis. Thevenot. Forma est 23 × 16 cm., verba 23 versibus occupant 17 × 10 cm. Lineae desunt praeter binas stilo impressas, quibus margo exterior secernitur. Harleianus 1686.

Hunc codicem cur eundem esse suspicer ac Needhamii Vossianum, cum ad Harleianum 1868 pervenero, fusius exponam, quoniam eis quos in Harl. 1686 contuli locis neque probare neque refellere queo. Ut enim tribus locis, quos Ne. aliter refert e Voss. atque ego e Harl. notavi, — sunt autem V 26, 2 V. coniunctim *ἐκροίας*, H. *ἐκ ῥοῖας*; 29 tit. H. *Παξάμου*, V. om.; IX 9, 1 V. *ὑπεθέμεθα*, H. *ὑπεσχήμεθα* — Needhamium potius erravisse crediderim, ita plus centum supersunt loci a me collati, qui in utroque cum eisdem traduntur mendis, e quibus memoratu maxime digni sunt: II 5, 13 *ἐνύδροις τόποις ἀτμὸς* (in H. *τόποις* punctis deletur sicut in Chelt. 1523); V 26, 9 *τὴν ἐπὶ τὰ* (sic etiam Par. 1994 et Supplem. 259); VIII 21, 1 *πικρὸν* (Par. 1994. Chelt. 1523 item); V 53 tit. et XII 26 tit. *τοῦ αὐτοῦ* (Flor. om.); XIV 22, 14 *τῶν νῆ ἡμερῶν* (Neap. 309 item); VIII 34, 2 *παλαιὰ* pro *ἁπαλὰ* et 41 tit. *δημοκρίτου* om., 42 tit. *δημ.* pro *πυθαγόρου* ut omnia Florentini exemplaria praeter Vindob. 49 Guelf. Paris. 1993. Nam quod satis amplum numerum locorum, quos ego in Harl. aliter scriptos esse inveni, Ne. silentio praeteriit, inde nequaquam cogere licet Vossiani verba cum editis congruisse. Vossianus Needh.

Eodem haud scio, an pertineat ille Aurogalli codex, quem codex Aurogalli.

versio Cornarii. Cornarius edidit Latine Venetiis et Basileae 1538. Ubi enim haec Cornarii versio ab Harl. sive Voss. discrepat, ab omnibus Florentini exemplaribus, in quorum numero codicem eius fuisse libri XIV permutatione constat, adeo abhorret, ut meras coniecturas esse appareat, etiamsi aliqua ei communia sunt cum aliarum stirpium codicibus velut IV 7, 4 *ῥοιᾶς καὶ κερασέας*, Marc. *κερασέας καὶ ῥοιᾶς*, Flor. Harl. 5604 *καρύας καὶ κερασέας*; X 26, 1 *ὡς ἐπὶ τῶν ἀππίων καὶ κερασέων προείρηται*, Laur. XXVIII 23 *ὡς ἐπὶ τῶν ἀπίων καὶ κερασίων*: ∾, F. H. M. *ὡς ἐπὶ τῶν κερασέων προείρηται*; XV 1, 19 cum Laur. *καλάμου βολβόν*, F. H. M. *καλάμου φορβήν*, Voss. *καλ. μορφήν*; XIX 3, 3 cum Pal. 207 *τῶν κυνῶν*, F. H. M. L. *τῶν κτηνῶν*.

versio Lacunae. Contra Andream a Lacuna, cum ll. XIII — XX. Geop. Latine verteret Coloniae a. 1543, sola editione principe nisum esse ex eius in tralationem Cornarii Castigationibus versioni ipsius additis satis liquet: cf. XIII 7, 2 *ἐξέρχηται*, codices ceteri *διαπερᾶ*; 10, 8 *ἀγγείῳ*, cett. *ἐρίῳ*; 14, 9 *καὶ τὰ νῶτα*, cett. *κατὰ τὰ νῶτα*; § 11 *κώλυμα γίνεται*, cett. *κ. οὐ γ.*; 15, 2 *μελάνθιον* om. et praesertim XIV 6, 4 *ξωστέον*, quod in sola editione legitur, cum vel eius archetypus Vind. 49 cum ceteris recte praebeat *χωστέον*.

Sed iam redeamus ad libros manuscriptos et illis duobus quasi codicum iugis, unde digressi sumus, adiungamus tertium Parisinum Suppl. 259 et Palatinum 109. Qui omnes ab eis quos iam pridem separavi Par. 1995 et Chelt. 6762 eo differunt, quod in titulo indicis capitum verba *σὺν θεῷ* servantur, in prooem. 11 *δέσποτα* , in c. 14 praeter 1. 2 etiam 3 omittitur, V 26, 9 *τὴν ἐπὶ τὰ* pro *τὴν περὶ τὰ*; VIII 34, 2 *παλαιὰ* pro *ἁπαλὰ*; 41 tit. sine nomine auctoris *δημοκρίτου* fertur in capitis 42 tit. in locum genuinae vocis *πυθαγόρου* substituti.

Parisinus Suppl. 259. Ac Parisinus Supplem. 259 quidem continet 250 ff. chartae levigatae m. rec. atramento numerata, quorum forma est 29 × 21 cm. Litterae bellae sed aetatem recentiorem (s. XVI?) prae se ferentes triginta fere versibus exaratae sine lineis spatium tegunt 20×12 centimetrorum; initiales, nomina, tituli versibus inserti rubro distinguuntur; initio librorum rubricator codicis Florentini ornamenta coloribus rubro et flavo imitatus est; capitum numeri desunt. In f. 1 r scriptum est 1 m. rubro: *ταῦτά εἰσι τὰ ὀνόματα τῶν σοφῶν καὶ ἁγίων ἀνδρῶν* | *ὧν ἐκ τῆς ποιήσεως συλλέξατο ὁ συνθεὶς τὸ παρὸν* | *τῶν γεωπονικῶν βιβλίον*: | *Ζωρόάστρος* (η):

(omnia 1 m.) *Διοφάνης* etc. usque ad *Θεόμνηστος· Ἀσκλήπιος: Μανεθώ*: et in mg. inf.: $α^{ον}$ = 1. quaternio, in mg. sup. m. rec.: .1^{0}.

Suppl. 259. Inde a f. 2r pergit usque ad f. 9 index capitum, cui subscriptum est: *τέλος τοῦ τῶν γεωπονικῶν σὺν θεῷ ἁγίῳ πίνακος*. Eodem modo suo loco additum est *τέλος τοῦ προοιμίου, τοῦ* $α^{ȣ'}$ *βιβλίου* etc. usque ad *τέλος τοῦ* $κ^{ȣ'}$ *βιβλίου*, quod f. 248r ultimam Geop. vocem *αἱμάτιον*: — sequitur. Alia subscriptio non exstat. ff. 248v 249. 250 vacua sunt, itemque quae illa 250 ff. praecedunt sequunturque terna folia recentioris chartae. Pristinae signum est stella supra ancoram circulo inscriptam. II 6, 35 ad corruptam vocem *ἁλμυρὰ* (Pal. 109 *ἀχμηρά*!) rubricator in mg. adnotavit *ἐν ἄλλῳ | αὐχμηρὰ*, ut ad alterum exemplar videatur correctus esse. VI 5, 2 traditur *λαμπρὰ καὶ λάμπουσα*, XIV 9, 2 *ὕδατι καὶ ἑψηθέντος* omisso *ὑπο*: inde suspicari licet librarium exemplar suum interdum suo Marte emendasse, id quod etiam VIII 21, 1 videtur fecisse. Ibi enim recte est *πυκνόν*, cum ceteri codices huc pertinentes *πικρὸν* habeant praeter Pal. 109, qui etiam in eo cum Par. consentit, quod utrique deest subscriptio.

Constat autem is Palatinus 109 ex 167 ff. chartaceis 20 × 14 cm. magnitudine, quorum 15 × 10 litteris teguntur XIV fortasse saeculo primo concinne atque eleganter, postea neglegentius scriptis. Litterae initiales et tituli initia rubro distincta paulatim plane deficiunt. f. 1 bibliothecarum numeros recentissimae aetatis, ff. 2—13 indicem capitum continent. Palatinus 109.

Contra cum harum quas adhuc enumeravi Florentini quasi propaginum nulla plane convenit cod. Palatinus 400 recens chartac. foliorum 405, 20 × 14 cm. magnitudine, quorum extremum scriptura vacat. Reliquorum 15 × 10 cm. inscripta sunt belle sed neglegentissime. Etenim Geoponica, quae praecedunt usque ad f. 183 Pselli, Galeni, Herophili, aliorum de febribus, de urinis, de alimentorum viribus, sequuntur inde a f. 382 quaedam Dioscoridis aliorum, scatent mendis; porro saepe partes omissae in margine vel in spatiis vacuis a pristino librario relictis diversis manibus supplentur. Velut I 13, 2 *ἕως — σελήνῃ*; 14, 3—11 (12 plane deest); V 2, 13; 14 in margine adduntur; quae incipit a II 22 pagina, multo arctius exarata est; similiter Palatinus 400.

inter VII 15 et 25 multa addita sunt manibus diversis; quid, quod V 19 et 20 desunt suo loco, supplentur in peculiari folio alterius chartae, quo c. 22 in duas partes dirimitur? Tum post VIII 38 pristinus librarius de more subscripsit *τέλος τῆς ὀγδόης βίβλου,* quasi liber finitus esset, sed sequuntur alia quidem manu exarata omnia reliqua capita usque ad 42; item IX 32. 33 suo loco scripta sunt, sed alia manu. Contra l. X argum. haec praecedunt: *Δεκάτη βίβλος τῆς καλλιγεωργίας· Πέλω τοῦ λοιποῦ καὶ τῆς κηποποιίας Ἔχουσα σπουδὴν ταχεῖαν μετ᾽ ἀγάπης· Τῷ γεωργοῦντι πολλῆς ἐπιμελείας,* et in mg. notatur: *στ* with *χ* above (= *στίχος*). Ultimum caput 1 m. perscriptum est XX 28; tum 29—43 al. m. suppleta sunt, cetera plane desunt.

Haec omnia suspicionem movent, quae hic habemus Geoponica, non modo a variis librariis, sed etiam e diversis exemplaribus congesta esse; nec aliter explicare possum, quod sicut in Vindob. 49 index capitum omittitur, prooem. 11 *δέσποτα* servatur, 3, 3 legitur *βορρᾶ ἄνεμος ἐπενεχθείη,* 5, 5 *ἤθλησαν,* c. 7 *νουμηνίας,* 14, 1, 2 verba illa interpolata feruntur, sed prima voce *εὑρὼν* in *κυρὴν* corrupta; contra I argum. nominum ordine servato (sic omnes praeter Vindob. 49) et inter XI 1 et 2 additis verbis (r) *περὶ ἐλαίας ἱστορία γραμμένη ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ βιβλίου· — ἧς ἡ ἀρχή,* (P. 400 om.) (atram.) *Ἐλαίαν παρῆχθαί φησιν οὕτως:* (Vind. 49 haec plane omittit, ceteri IX 1 totum repetunt) librarius a Guelferbytano stat, I 6, 4 verbis *ὑπὸ γῆν φυτεύειν οὔσης τῆς σελήνης* (Vind. 49 et Bar. 54 m. 2 *φυτεύειν* post *σελήνης* inserunt, Flor. cum ceteris filiis plane omittit, Harl. 5604 cum sociis habent *τὸ φυτεύειν μὲν προσήκειν ὑπὸ γῆν οὔσης τῆς σελήνης,* Laur. XXVIII 23 item, sed om. *προσήκειν,* Marc. om. caput) cum fragmento Cantabr. facit, II 42, 3 Vossiani verbis receptis sequitur Harl. 1686 et Palatinum 109. In nullo denique eorum quidem quos illis locis contuli codicibus II 19, 1 vox *φρυὴλ* simpliciter omittitur, 21 tit. *περὶ κόπρου* deest, III 1 tit. legitur *τῶν Κυντιλλίων ἐκ τῶν Βάρωνος,* XX 7 tit. *Μέλη,* 23 tit. *Ἔλια.* Quae tamen omnia item ac I 15. II 5, 2 om. non abhorrent ab archetypo Florentino: itaque haud scio, an e Pal. 400 parentibus alter fuerit Vindobonensi 49 cognatus, alter quodvis aliud Florentini exemplar Palatino 109 simile.

Supersunt fragmenta quaedam huc referenda. E quibus duo, Barocciani 54 et Harleiani 5726 partes m. rec. supple-

tas, iam commemoravi, cum de eorum partibus antiquis agerem: e quibus Barocc. m. 2 et 3 ex Florentini apographo manasse haud difficile est probatu. Neque enim solum Florentini menda velut I 1, 6 *ἡ μὲν χειμερινή ἐστι τῆς πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἰουλίων*; 3, 3 *ἐξακούωνται* — *γίνωνται* om.; § 6 *εἰ δὲ* pro *ἔτι δὲ*; 7, 30 *ἐννάτης* pro *ἑνδεκάτης*; XIX 1, 6 *ἑψήσαντες* om.; XX 1,1 *δεξαμενάς τε ποιητέον*, Harl. 5604 et Laur. XXVIII 23 *δεξαμενάς τινας ποι.*; 2, 3 *ἀλφίτων* (Flor. *ἀλφίτω*) *ἐμμᾶξαι μνᾶν*, H. *ἀλφίτων αἱ μάζαι μνᾶν*, L. *ἀλφίτων μνᾶν*: sed etiam multa ad eos ipsos quos postremo tractavimus codices spectantia ibi invenimus, velut I 3 tit. *τοῦ αὐτοῦ* om. etiam Pal. 109; § 1 *δηλοῦσα* pro *δηλοῦσι*, P. *δειλοῦσα*; § 10 *μυκηθμοῦ* pro *μυκηθμῶν*, P. *μυκηθμὸν*; 12, 4 *ὀρινήν* pro *ἐαρινήν*, P. ^{ε}*αρινήν*. Quod vero uterque omittit prooem. 11 *δέσποτα*, I 10, 11 praepositionem verbi [*ἐπι*]*κρατήσει*, 14, 1—3, idem repperi in Harl. m. 2; quare illam ipsam huc referre non dubito.

Barocc. 54 m. 2 et 3.

Harl. 5726 m. 2.

De tertio fragmento, Norvicensi Needhamii iam Cantabrigiae asservato, cum quaedam habeat peculiaria, subtilius nobis quaerendum est. Inest autem in codice Cantabrigiensi Dd III 86 signato, qui in catalogo sub numero 173 describitur. Is constat ex undecim fragmentis diversis chartaceis, quorum 1—8 et 10 historica continent sermone Anglico composita. In 9 cum his forma fere congruente (4⁰) cum e catalogi verbis collegissem inesse praeter Heronis Geometriam etiam Geoponica e cod. Parisino 2438 descripta, valde frustratus sum. Neque enim Parisinus Geop. continet, sed *Ἥρωνος Γεωπονικὸν* tantum; neque in Cantabrigiensi plura e Geop. leguntur quam post extrema Heronis verba *ἔχει ὁ στερεὸς ποῦς* haec eadem manu exarata: *βιβλίον πρῶτον·* | *Τὰ διαφόροις τῶν παλαιῶν περί τε γεωργίας καὶ ἐπιμελείας φυτῶν* & | et sic quae sequuntur ad finem Ms. sunt *Γεωπονικὰ* Constantino Caesari vulgo attributa, et m. rec.: omissa praefatione, quae praecedit librum *Γεωπονικῶν*: neque Cantabr. Parisini potest esse apographum, cum librarium Cantabr. Geoponica in archetypo suo invenisse e subscriptione appareat: immo vero e Harleiano videtur manasse, quippe qui in mg. inter Heronem et Geoponica eadem quae Cantabr. subscripta sunt m. 1, ipse habeat.

Norvicensis Needh.

Cantabrigiensis 173.

Verum tamen non cum hoc fragmento nobis res est, sed cum eo, quod numero notatum est 11. Sunt octo folia chartacea

sine numeris satis infuscata, cum reliquo codice non compacta, 20×13 cm. magnitudine. Inscripta sunt 13×7 cm. 21 versibus aetate recentiore, secundum catalogum saec. XV, satis neglegenter; nam praeter multa menda partim e medii aevi pronuntiatione nata (*β* pro *υ*, semper fere *πέπτης* pro *πέμπτης*) saepius partes omissae in mg. supplentur (1. m.?) velut I arg. *ζωροάστρου — δημογέροντος*; I 1, 1 *ὁ ζέφυρος — φευρουαρίων*; 3, 10 *καὶ μετὰ — ἐρχόμεναι.* Incipit f. 1 post titulum *ἀρχὴ σὺν θεῷ τοῦ γεηπονικοῦ βιβλίου,* qui sicut litterae initiales et tituli ac nomina singulis capitibus antecedentia rubro scriptus est, a prooemii verbis *Πολλοῖς μὲν*; f. 8 finitur verbis *στρατοπέδων κίνησις* I 8, 7.

Hoc fragmentum ut est brevissimum, ita si qua fides ei haberi debet, gravissimum. Prooem. 2 enim pro voce *κωνσταντῖνον* in rasura scriptum est m. 1 *τὸν μέγαν τὸν αὐθέντην* (?) et § 11 *Κωνσταντῖνε,* sed item in rasura, additurque al. m. in mg. Constantinum | IV. Pogonatum | alloquitur | (circa an. 670). Quid haec? Fueruntne ipsa in archetypo, an ea quae corrector erasit? Sin alia habuit archetypus: utrum manavit e Florentino, unde cetera prooemii exemplaria profecta sunt omnia, an par fuit illi auctoritate? Res est difficillima, quia earum Geoponicorum partium, unde codicum cognationem auctoritatemque cognoscere statim liceat, nulla exstat in fragmento Cantabrigiensi; ad minutissima igitur librariorum menda confugi nec frustra: ut enim maximam partem talia sunt, qualia omnes omnibus temporibus librarii fecerint, ut si singula in diversis codicibus occurrant, inde cognatio nec probari nec refutari possit, ita si magna pars eorum in duobus codicibus congruit, in ceteris non invenitur, illam non casu utrobique natam sed ex archetypo communi translatam esse censebimus. Et inveni haec fragmento cum solo Vindob. 49 communia: Prooem. 7 *τόπου καὶ τρόπου* ut editum, ceteri *τρόπου καὶ τόπου*; *ὑδρομαντικῆς,* cett. *ὑδροφαντικῆς*; 8 *σου* om., in Cantabr. etiam *τοῖς δέ*; 11 *δικαιώτατε*; post ultimam prooemii vocem *προμηθούμενος* statim sequitur argum. l. I. *Τὰ διαφόροις* nullo intercedente titulo, cum cett. addant *βιβλίον α'*; I 1 tit. *περὶ διαιρέσεως ἐνιαυτοῦ καὶ τῶν τροπῶν αὐτοῦ,* cett. *περὶ διαιρέσεως ἐνιαυτοῦ καὶ τῆς τῶν τροπῶν αὐτοῦ διαιρέσεως*; § 2 *ῥωμαῖος,* cett. *ῥωμαϊκός*; § 8 *ἄρχεται* (Cant.: *ἄρχεσθαι*) *τότε γίνεσθαι,* cett. *τότε ἄρχεται* (Guelf.: *ἄρχεσθαι*) *γίνεσθαι*; praeterea huius capitis dies secundum nostram

mensium rationem in margine adduntur in solis Cant. Vind. recte quidem: nam etiam Harleian. 5604 cum aliquot sociis habet, sed perversissime, ut supra monui; 3, 1 habent *σημαίνει χειμῶνα*, cett. *χειμ. σημ.*; § 3 *περὶ ἀνέμων* in Cant. in mg. additum, in Vind. tituli loco insertum est; tum Ca., postquam sicut tota Florentini proles *ἐξακούωνται — γίνωνται* omisit, *ἀπενεχθείη* habet, Vi. *ἐπενεχθείη*, cett. *ἐπενεχθήσεται*; § 4 *ἔτι δὲ καὶ* (Ca. om. *καὶ*) *ὄρνιθες*, cett. *ἔτι δὲ καὶ αἱ ὄρνις* (Harl. 5604 et Vind. 137 *ὄρνεις*) et *λούωνται*, cett. *λουόμεναι*; § 5 uterque novum caput incipit hoc titulo: *περὶ ἴριδος* (Ca. *ἔριδος*); § 6 uterque inserit *φανεῖεν* ante *γινόμενοι*, § 8 *ἐν* ante *λίμναις*; § 10 habent *περιλιχμώμεναι* ut ed. (Vi. — *λιγχ* —), cett. *περιλειχόμεναι*; § 11 *ὀλολυγμὸν τρύζοντες ἑωθινοὶ* (Ca. — *θυν* —), Guelf. Marc. recte *ὀλολυγὼν τρύζουσα ἑωθινὸν*, Flor. cum reliqua subole *ὀλολυγὸν τρύζουσα*, Harl. 5604 cum cognatis *ὀλολυγὸν τρύζοντες*; § 12 *καὶ γέρανοι θᾶττον* (Ca. *θαῦτον*), cett. *καὶ* om. et *θᾶσσον*; c. 5, 2 uterque addit *ἤτοι* (Ca. *ἤγουν*) *μετὰ τὴν κδ´ τοῦ ὀκτωβρίου μηνός*; § 3 *τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ*, cett. *τετάρτῃ* (*καὶ* inserit Vindob. 137) *εἰκάς*; § 5 *ἤθλη*(Vi. — *ι* —)*σαν*, cett. *ἐμαρτύρησαν*; c. 6, 1 *ἀλλὰ αὐξανομένης*, Flor. *ἀλλὰ γὰρ αὐξ.*, Harl. *ἀλλ᾽ αὐξ.*, Laur. XXVIII 23 *ἀλλὰ πάντα αὐξ.*, Marc. om. caput; § 7 *νουμηνία*, cett. *νεομηνία*. Huc accedit haud minor numerus mendorum, quae cum non in solo Vind. 49, sed etiam in diversis aliis codicibus tradantur, disputationi nostrae nec prosunt nec obsunt. Nec deest tertium quoddam genus eorum, quibus Ca. cum Vi. non congruit. E quibus gravissima haec sunt: I arg. Vi. ut editum, Ca. cum cett. recte *Οὐινδανιωνίου καὶ Ἀνατολίου καὶ Βηρυτίου*; rursus I 4, 2 Ca. absurde *ὁ τρίβουσι* et *ὀχεβέσθαι*, Vi. recte cum cett. *ὀχευθεῖσαι* et *ὀχεύεσθαι*. Praeterea solus addit Ca. prooem. 6 supra *ἱερωσύνην καὶ γεωργίαν*: *ἀνδρίαν καὶ δικαιοσύνην*, 7 supra *γεωργίας*: *τὴν στρατίαν*; Vi. I arg. mg. *τάδε ἔνεστιν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ*; I 1 mg. suo loco *ἔαρ, θέρος, μετόπωρον*; c. 4 mg. *ἀράτου*. Inde tamen hoc unum videtur consequi, ut neque Vindobonensis a Cantabrigiensi, neque hic ab illo descriptus sit.

Dixerit quispiam: Concedo tibi Cantabrigiensem et Vindobonensem ex communi manasse archetypo: qualis tamen est ille archetypus? Quod enim Vindob. 49 apographum esse Florentini probavisti, eius ipsum initium usque ad I 11, 7 ex quolibet codice suppletum esse probe memini. Codicem quaesivisti, quem

cum fragmento conferres: en ipse tibi in manibus relinquit fragmentum velut lacerta caudam a puero comprehensam. Tamen non est, quod desperemus. Quae enim in utroque fragmento aliter atque in reliquis codicibus tradi supra commemoravimus, ubi non sunt menda aperta, magis viri alicuius docti sollertiam redolent quam antiqui codicis auctoritatem; in eis autem quibus cum reliquis codicibus congruunt mendis et aliquot sunt Florentino vel eis suboli propria, velut I arg. Ca. Vi. Barocc. m. 2 Guelf. om. *ἅμα*; 3, 3 Ca. Vi. Flor. om. *ἐξακούωνται — γίνωνται*; 7, 30 Ca. Vi. Fl. *ἐνάτης* pro *ἑνδεκάτης*; 8, 5 Ca. Vi. Guelf. om. *αὐτῆς*; 11, 2 Vi. Fl. ut editum, Ca. iam deficit, cett. *παραπνέοντας καὶ μεσάζοντας αὐτόν*: et ubi ille aliter habet aut menda tradunt ubique occurrentia, velut I 3, 5 Ca. Vi. Marc. *ὄμβρους*, cett. *ὄμβρον*; § 11 Ca. Vi. Harl. 5604 Vind. 137 *τρύζοντες* pro *τρύζουσα*, aut prava Florentini scriptura librarios ad emendandum provocat, velut I 1 tit. *περὶ διαιρέσεως ἐνιαυτοῦ καὶ τῶν τροπῶν αὐτοῦ* pro *περὶ διαιρ. ἐν. καὶ τῆς τῶν τρ. αὐτοῦ διαιρέσεως*; § 6 *τῶν δὲ τροπῶν ἡ μὲν θερινὴ* pro *τῶν δὲ τροπῶν ἡ μὲν χειμερινή*.

Iis denique locis, quorum causa totam hanc quaestionem instituimus, prooem. 2 et 7 dico, quia Vi. 49 cum Flor. plane consentit, si quid habent auctoritatis Cantabrigiensis verba, statuendum nobis est Vindobonensem sicut altero loco Cantabrigiensem correctum esse ad exemplar Florentini; atqui non Vindobonensis, sed Cantabrigiensis verba, cum in rasura scripta sint, correcturae prae se ferunt speciem. Itaque puto Vi. librarium utroque loco recta servasse, Ca., postquam ipse archetypi verba a se male intellecta esse cognovit, quae prius pro nomine Constantini scripserat erasisse, cum iterum pertractaret § 7 recte *κωνσταντῖνε*, § 2 prave *τὸν μέγαν τὸν αὐθέντην* posuisse. Hoc qui miretur, meminerit eundem I 4, 2 *ὁ τρίβουσι* pro *ὀχευθεῖσαι* legisse.

Cheltenhamensis 1574. Nec desunt duo excerpta e Flor. orta, quorum alterum continet codex Cheltenhamensis 1574 inter varia astronomica, physica, mathematica manibus diversis in charta variâ exarata. Eius quae Geoponicis inscripta est chartae signum modo stella supra ancoram circulo inscriptam modo anser est. In primis foliis praeter complures indices et titulos haec animadverti: f. 2 r Coll. Par. Soc. Ies., et f. 3 r mg. Paraphé au desir de l'arrest du 5 Iuillet 1763 | Mesnil (cf. Chelt. 1523); porro f. 2 r, quae repetuntur

in ultimo folio inscripto, *ταύτην ἀνέγνωκε Ναυλὼτ* | *ὁ κοιλαδεὺς* (= Nanlot Du Val cf. Chelt. 1565) *ἀναλωναῖος τε καὶ αἴδονος* (hoc deest f. 2r), *ἔτει χῦ* | *αφογ* | 1573 |. A f. 14 fere usque ad 18, nec enim folia numerantur, traditur brontologium Geop. l. I capiti 10 simile, sed plenius. Ex ipsorum Geop. libris I—XIX quae excerpta sunt, sine ordine in posteriore codicis parte feruntur; quorum primum est I 2, *προγνωστικὰ εὐδιανοῦ* (sic!) *ἀέρος*, ultimum VIII 33 usque ad *ῥίζαν ἔμβαλε*. Novi in his nihil inveni: I 14 § 1—3 omissis et paragrapho 4 sub titulo *φιλοστράτου* excerpta congruunt cum Palat. 109. E l. XIV, quod ad cognoscendam Flor. subolem plurimum valet, item e l. XX nihil excerptum est.

Plane eadem continet ad verbum cod. Parisin. Regius 1603 chart. recentissimus a f. 322—346. Parisinus 1603.

Magnopere vexabar quibusdam codicibus contaminatis, inprimis Neapolitano 309 (III D 25). De quo quae mihi rettulerant Fr. Vogel et Nic. Mueller cum ad nullum ceterorum codicum recte quadrarent, sicut iam antea Baroccianum 54 et Vindobonenses Ministerii Regii intercessione benevola totum codicem Erlangis contuli. Sicut omnes, quos noverim, praeter duos Laurentianos in chartaceis exaratus est foliis 386 numeratis 14×11 cm. magnitudine, quorum 11×6 cm. inscripta sunt 18 versibus saeculo XV, ut catalogi auctor censet, non ante s. XVI, ut mihi quidem videtur. Etenim cum ι mutum diligentius subscriptum est quam in aliis quos ego novi saeculi XV codicibus, tum ι vocalis semper uno puncto distinguitur (Gardth. Palaeogr. p. 203), cum vel recentissimi ex reliquis Geop. codicibus duplex punctum habeant. Antiquum codicem praecedunt sequunturque terna folia chartae recentioris, cuius signum est magnus lilii flos litteris $\frac{\text{GB}}{\text{V}}$ subscriptis, cum pristina notetur stella sex radiorum interdum supra telum Armbrust duplici, saepius supra ancoram simplici circulo inscriptam. In praecedentium foliorum medio haec sunt: Heronis Geoponicon | ex variis auctoribus. | Praemittitur liber de Geometria | quae ad agrorum mensuram pertinet |, et inferius: Non igitur auctor Bassus quidam | Vide Char. Ioh. Alb. Fabricii Bibliothecam Graecam Tom. VI | p. 500 |. Prima quattuor et octo extrema ipsius codicis folia non numerantur nec quidquam continent praeter primum, quod sic inscriptum est: Nr. 212 Geometriae liber Graece. In ff. 1—41 *Ἥρωνος* Neapolitanus 309.

γεωπονικὸν βιβλίον exaratum est titulis et initialibus rubris sine capitum numeris, sed cum multis figuris. ff. 42—44 vacant. Eadem manu exarata sunt in ff. 45—383 Geoponica integra. Tituli, initiales, ornamenta quaedam exilia ante librorum initia, nomina interdum, capitum numeri semper in mg. adnotata, item pars notarum reliquarum rubro perscripta sunt. Singulorum librorum argumenta sequitur index capitum cum hoc titulo: *Πίναξ τοῦ παρόντος βιβλίου*: In f. 383 ultimo libri XX verbo *αἱμάτιον* sicut omnibus libris subscriptum est: *τέλος τοῦ κ̄ τῶν γεωπονικῶν βιβλίου.* Tum sequitur f. 384 omisso cum hoc titulo: *πίναξ τοῦ κᾱ τῶν γεηπονικῶν βιβλίου* idem qui in Neap. 308 et Paris. 1994 index capitum Hippiatricorum cum hac subscriptione: *τὸ κᾱ τῶν γεωπονικῶν βιβλίον λείπει.*

Hoc quidem errore natum esse librarii, cum de illis codicibus agerem, iam vidimus; cuius auctorem cur potius Neapolitani 309 quam Neapolitani 308 vel Parisini putaverim librarium, ibidem exposui. Difficilius erat cognitu, unde Geoponica ipsa manaverint. Nam prooemio et l. XX integris ad cod. Florentinum, l. I capitibus 14 et 15, l. II capitis 6 paragraphorum 35—37 notis, libri XIV ordine servatis ad Harleianum 5604 eiusque socios, indicibus vero singulos libros praecedentibus ad Marcianum 524 reiciebar. Verum etiam menda Flor. aut Harl. propria tot inerant, ut ea ex ipso omnium archetypo communi descripta esse credere non possem. Quae difficultas sublata est notis quibusdam per codicem dispersis: II 19, 1 ad *φρ̈ϋὴλ* in mg. rubro: *ἐν τῷ ἄλλῳ γρ́, (ἀφεται)* | ⁄. *ραφαήλ*; X 45, 11 ad *κεχραμΐδων* in mg. atram.: *ἐν ἄλλῳ.* | *κεγχράδων*; XII 12, 2 ad *εἰσὶ τιμιώτέρα·* mg. atr.: *ἐν ἄλλῳ·* *χρησιμώτερα*; XIII 15, 6 ad *ἀγρίου ῥίζης·* *καὶ ἀπ᾽ αἰγείρου* mg. r.: *ἐν ἄλλῳ γρ.* | ∴ *θαλαττίῳ βραχέντων* | *ἢ χαμελαίας ῥίζης*; XIV 22, 12 ad *ὁμοίως·* ∴ *ἡ δὲ κρίθη*, cui rubricator superscripsit, quae omissa sunt: *ὁ μὲν γὰρ σῖτος λιπαίνει ταχέως·*, in mg. r.: *ἐν τῷ ἑτέρῳ γρ.* | *ἀντιγράφῳ*; XIX 2, 17 ad *μόριον* mg. r.: *ἐν τῷ ἄλλῳ γρ,* | et atram.: *χορίον.* Duo igitur exemplaria librarius Neap. adhibuit ad conscribendum codicem suum; e quibus alterum affine esse Harleiano 5604 ex ipsis his locis consequitur. Etenim quae XIII 15, 6 et XIV 22, 12 ex altero exemplari supplentur, desunt in

Harl.; idem habet X 45, 11 *κεχράδων*, Vindob. 112 *κεγχράδων*, Flor. Marc. cum suis recte *κεγχραμίδων*. Res magis elucet, si adhibemus locos haud paucos, quibus Neap. correctus est eadem manu aut rubrica verbis *ἐν τῷ ἄλλῳ* non appositis, velut V 2, 11 verba *τὰς δὲ ῥάγας* (omnes enim codices hanc vocem semper cum accentu acuto, nunquam cum circumflexo habent) *διειδεῖς* in Harl. Vind. omissa scripta sunt in rasura, nam librarius cum eas in altero exemplari animadverteret, iam perrexerat *ὡς διαφαίνεσθαι*. Ibidem § 16 verba *καὶ γόνιμον — λανθάνον* sicut in H. omissa a rubricatore in mg. supplentur. Item VII 15, 18 Neap. *καὶ μηδὲν — λαμπρὸν* in ras. habet, H. om. *καὶ μηδὲν — πέταλον*; XII 39, 6 libr. Neap. Harleianum secutus post *κινάρας* omittit *δαφνάτους* (sic habent Flor. Marc. Laur. XXVIII 23) *ποιήσεις κινάρας*, sed post *φυτεύσῃς* falso supplet *δαφνατοὺς ἕξεις καὶ ποιήσεις* (sic!) *κιννάρας*. Saepe alterius exemplaris litterae differentes superscriptae sunt: V 2, 17 *κατα-*^{σῦ}*φερομένη*, quarum inferiores habet Flor., superiores Harl. Marc.; 10 tit. ^{ὅστῃ}*πῶς τῇ* $\frac{\text{H. M. Laur. XXVIII, 23}}{\text{F.}}$; 17, 6; *ἀποκά*^{μη}*μνῃ* $\frac{\text{Guelf. Pal. 109}}{\text{F. H. M.}}$; IX 2, tit. *τα*^{α}*ύταις* $\frac{\text{F. L.}}{\text{H.}}$, sed M. Pal. 207 *ταύτην*; 4, 7 ^{ἀ}*ἀνελιπῇ* $\frac{\text{F. M. L.}}{\text{H.}}$; 6, 5 *στε|λέχη·* $^{\text{οἱ δὲ τοῦ}}$*καὶ σπόρον*, H. *στελέχη καὶ σπόρον*, F. M. L. *στελέχη, καὶ τὸν μεταξὺ σπείρεσθαι τόπον. οἱ δὲ τοῦ σπόρου*; 9, 7 *ἀπεξηράνθη*^{αι} $\frac{\text{H. M.}}{\text{F.}}$; 14, 3 *οὐβόλιμα*^{κ} $\frac{\text{H. Fol. Long. Bod.}}{\text{Flor. Laur.}}$, Marc. recte *οὐβολίβα*; 17, 8 *δρέπωσι*^{νται}: $\frac{\text{F.}}{\text{H. M. L.}}$; X 12, 2 ^{ὁμο}*μονογενὲς* $\frac{\text{F. M. L.}}{\text{H.}}$; 37, 3 *ἐὰν* $^{\text{εἰς ὕρ}}$*μ|σίνην* $\frac{\text{F. M.}}{\text{H.}}$, Vind. 112 *ἐὰν μυρσίνῃ*, L. *ἐὰν ἐν τῇ μυρσίνῃ*; 56, 2 *ἀγγεῖον*^{οὐ} *στρογγύλον* $\frac{\text{F. M. L.}}{\text{H. V.}}$; 67, 1 ^{ευθεν}*ἄνεφθον* $\frac{\text{Pal. 109}}{\text{F. H. M. L.}}$, Guelf. *ἄνευθον*. XI 18, 6 ^{σμί}*μήλης* $\frac{\text{F. M. Pal. 207}}{\text{H. L.}}$. Magna igitur pars harum lectionum cum solo Harleiano 5604 eiusque sociis congruit, reliquae

saepe in compluribus codicum stirpibus inveniuntur, interdum Florentino vel eius suboli (Pal. 109), nunquam Marciano 524 aut Laurentiano XXVIII, 23 solis propria sunt. Inde consequitur alterum exemplar in Harleiani, alterum in Florentini familia quaerendum esse. Praeterea apparet librarium Neap. non unum codicem ad verbum exscripsisse, postea apographum ad alterum correxisse: modo enim Harleiani verba Florentini lectione corriguntur, modo haec illis: immo vero ambo simul adhibuit, ex utroque quod sibi visum esset, recepit. In tanta animi oculorumque distractione fieri non potuit, quin saepe alterius exemplaris menda aperta reciperet alterius lectione meliore neglecta; confer IX 23, 6 Neap. Harl. *ἀγγείῳ*, Flor. Marc. *ἐλαίῳ*; XIII 8, 7 N. H. *μὴ προσιέναι μηδὲ τοῖς προσιέναι* (H. in mg. +) *χυλῷ*, F. *μὴ προσιέναι μηδὲ τοῖς χρισαμένοις χυλῷ*, M. *τοῖς χρησαμένοις χυλοῖς*, Laur. XXVIII 23 *τοῖς χρυομένοις χυλῷ*; XIV 7, 28 N. H. Vi. 112 *διὰ κδ'* (scil. *ἡμερῶν*), M. F. recte *διὰ κά*; 8 tit. N. H. *ποιῆσαι νεοσσοὺς*, F. M. L. *νεοσσοὺς ἐπινοῆσαι*; XV 3, 1 N. H. *κατὰ τὸ δυνατὸν*, F. M. *κατὰ τὸ συνετὸν*, innumerabiles locos item atque in Harl. eiusque sociis omissos, velut II 44, 3 *μηδὲ ἐργασίαν — ἀναδεχέσθω*; X 25, 1 *ἕτεροι ἐν πρίσμασι* — 2 *συντιθέασιν*; 75, 11 *καὶ τὸ — δακτύλων δύο*; XII 3, 2 *ἥ τε γὰρ — πηγνυμένη*; 28, 2 *καὶ ὑπὸ — ὑποτεθεῖσα*; 29, 7 *δυσουρίαν* — 8 *ἐσθιόμενον* etc.; rursus VI 17, 1 N. Pal. 109 om. *ἐὰν δὲ — ἐπιπλέουσι*, IX 30, 2 N. P. *προβάλλοντες*, ceteri *προεμβάλ(λ)οντες*, X 3, 6 N. P. *μεταφυτεύεται*, cett. *φυτεύεται*, 12, 1 N. *σπείρεσθαι*, P. *σπέρεσθαι* pro *σπείρεται*; VIII 25, 3 N. P. Guelf. *σμίγουσι*, cett. *μίσγουσι*; V 3, 1 N. G. *προσιτεύεσθαι*, cett. —*ται*, XIII 1 tit. N. G. *δημοκρίτου* om., F. H. servant, XIV 7, 15 N. G. *ἀτελέστατα* pro *ἀτέλεστα*, XV 1, 28 N. G. om. *ἀναζῇ — αὐτῇ*,; denique XVI 22, 5 N. *φέρει γνωρίσματα πολλὰ τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡ τικτομένη κάμηλος τό τε δασὺ*, Vindob. 49 *φ. γ. π. τ. π., οὕτω καὶ ἡ τ. κάμηλος ἐκ σπέρματος συὸς φέρει γνώρισμα τό τε δασὺ*, cett. *φέρει γ. π. τ. πατρὸς ἡ τικτομένη κάμηλος τό τε δασύ*. Quin etiam ab utriusque lectione aberravit et apographum suum novis mendis auxit: VI 16, 4 *παλαιὰ ἀγγεῖα ἀπὸ παλαιοῦ ἀγγείου* pro *οἴνου*; VII 9 tit. *οἶνον ἀπὸ οἴνου χωρίσαι* pro *ἀπὸ ὕδατος*; VIII 18, 1 *ὅταν βόθρια μέλανα γένηται, μέλανος ἐλλεβόρου*, cett. nimirum *ὅταν βόθρια γένηται* omissa voce *μέλανα*; X 51, 2 *περίστερίστερᾶς*;

XIII 18, 1 *σιωπήσου* pro *σιωπήσουσι*; XVI 1, 16 *συμπεπληρωμένους καὶ οὐδὲν ἔχοντας πλήρωμα* pro *συμπ. καὶ οὐδὲν ὅλως* (hoc om. Harl.) *ἔχοντας κοίλωμα*; XIX 1, 3 *εἰ θηρίον* bis. Saepenumero sero se peccavisse intellexit; tum menda vario modo

ἀλεσ *λ φ*
sarsit: VII 12, 22 *καὶ καυθέντες*; IX 18, 2 *κεφῦλων*; X 42, 1 *καὶ εἰς καλάμους δὲ ὁμοίως* et in mg. atr.: *γρ* | ·/. *ὡςαύτως*;
οντα.
63, 4 *ἔχουσα*:⁓; 75, 21 verborum *καύματα· τὰ δὲ ἐνθέματα* litterae *ματα· τὰ δὲ* in mg. dextero post *καύ* |, litterae *ἐνθέ* in mg. sinistro ante *ματα* supplentur; 78, 2 *διεςτηκότα* e *διετῆ*
κτ
corr.; XIV 1, 1 *χρῆσις*; XV 4, 3 *φύλλα ὁμοῦ τρίψας, τὰ σμήνη*
χρίσῃς
κατὰ ἑσπέραν ἐπιτρίψῃς· χρὴ δὲ ταῖς verbis *ἢ μελικράτῳ* — *καταχρίσῃς* sicut in Harl. omissis; XIX 3, 2 *χριστέον* et in mg. atr.: *γρ* | ·/. *χρίειν*. Nec tamen semper recte correxit, velut X 17, 1 *εἰς δαφκηνὸν, καὶ εἰς ἀμυγδάλην*, cett. *εἰς δαμασκηνὸν καὶ εἰς ἀμυγδαλῆν*, unus Vindob. 49 ut ed. *εἰς ἀμυγδαλῆν, δα-*
ὕδατι,
μασκηνὴν; XIV 17, 5 *μιχθεῖσα, ὠφελεῖ· καὶ σκίλλα* | *καθαρθεῖσα ὕδατι,* F. M. *μιχθεῖσαὠφελεῖ· καὶ σκίλλα καθαρθεῖσα καὶ*
ι
διαβραχεῖσα ὕδατι, H. item, sed *σκύλλα* et om. *καὶ διαβραχεῖσα,*
θ μ
Laur. XXVIII 23 om. §; XV 4, 4 *ἐχόντων* | *φύλλων καὶ θύμβρων,* H. F. plane ut prius scripserat, M. *ἔχοντ . . θύμβρων,* L. *ἔχων ἐκ φ. καὶ θ.,* Pal. 207 *ἐχούσαις θύμβρων,* Vindob. 49 *ἔχον φύλλων καὶ θ.,* Cornar. quidem sicut Neap.: in quo sunt
υ *ειν*
thymi et thymbrae; XII 1, 7 *καὶ μεταφ* | *τεύεται πράσον,* quia aberraverat ad vocem quae infra sequitur *μεταφυτεύειν*; nam hoc loco archetyporum eius alterum et Pal. 109 sicut Vindob. 49 *καταφυτεύεται,* alterum sicut F. H. *καταφυτεύειν* habuisse probabile est. Haud melius interdum rem gessit, cum Geoponica corrigeret contra codicum suorum auctoritatem: etenim ne ab
λὺ
hoc quidem se abstinuit; cf. V 21, 3 *τὸ ἐπιπολλῆς περιττὸν,* Guelf. Vindob. 137 *ἐπιπολλῆς,* F. H. M. recte *ἐπιπολῆς,* L. om.
ϑ *κω* *ν*
cap.; VI 12, 3 *πίθεῶνος*; VII 26, 1 *καὶ λύουσι*; IX 2, 2 *πόρους*;

XII 8, 7 *τὰς κάμπας· καὶ μύκητας — θυμιῶν ἀποκτενεῖς αὐ-*
8 *σὺν*
τὰς (scil. *τὰς κάμπας*, non *τοὺς μύκητας*); XIII 14, 1 *ὄξει καὶ σπόγγῳ*; XV 2, 10 *αὐτὰς διαφυλάττειν χρή· εἰ δὲ*, F. H. *αὐτὰς διαφυλάττειν· εἰ δὲ*, M. Pal. 207 L. recte *αὐτὰς δεῖ φυλάτ-*
ὡς
τειν· εἰ δὲ; § 17 *συκῆν ἐξαιρεῖν χρή | καὶ πάντα τὰ τὴν μέλισσαν φθείροντα·*, H. *χρὴ καὶ πάντα τὴν*, F. M. L. *χρὴ καὶ πάντα τὰ τήν*. Contra recte emendavit V 6, 4 *προσφυήσεται*, F. H.
αῖς
M. P. *προσρυήσεται*, L. deficit; XII 4, 4 *τὰ τοιαῦτα τοῖς προ-*
αις
ειρημένοις (scil. *κόπροις*), F. H. M. *τοῖς προειρημένοις*, L. *τὰ αὐτὰ ταῖς ῥηθείσαις*; XIV 22, 7 *δύο μερῶν* et *τεσσάρων μερῶν*, F. H. M. L. perverse *δύο ἡμερῶν* et *τεσσάρων ἡμερῶν*. Neque aliter, id est aut neglegentia aut coniectura orta esse censeo quaedam non cum Flor. Harl. vel eorum familiis, sed cum aliis codicibus congruentia, velut cum Laur. XXVIII 23: X 12 tit. *ἕτερον* om. XV 1, 31 N. *τῆς ἐβένου* recte, L. *ἐβέννου*, F. H. Vindob. 49 *σβένου*, Guelf. *βαίνου*, M. *σαένου*, Pal. 207 om.
μαΐου
cap.; cum Laur. et Pal. 207: IX 16, 3 N. ·:· *μαρτίου*, L. P. recte *μαΐου*, F. H. M. *μαρτίου*; cum Laur. Marc. 524. Pal.: V 39, 4 *αἱ μὴ συνέχουσαι*, F. H. prave *αἱ μὲν συνέχουσαι*; cum Marc. Pal.: VII 1, 2 *δυνατωτέρας ὁ ἥλιος καὶ δυναμωτέρας*, F. H. *δυναμωτέρας ὁ ἥλιος καὶ δυνατωτέρας*, Guelf. *δυνατωτέρας ὁ ἥ. καὶ δυνατωτέρας*, Pal. 109 *δυναμωτέρας ὁ ἥ. καὶ δυναμοτέρας*, Vind. 49 denique et L. ut editum *δυνατωτέρας ὁ ἥλιος* omisso *δυναμωτέρας*, X 38, 7 *ἐμβάλλουσι*, F. H. recte *ἐμβάπ-*
ειν
τουσι, L. om. §, XII 15, 2 N. *ἐκμαλάσσουσι*, M. P. *ἐκμαλάσσειν*, L. *μαλάσσειν*, F. H. *ἐκμαλάσσουσι*; denique cum Marc. solo IX 20, 1 *τουτέστι* om., F. H. habent, L. P. om. cap., 25
ο
tit. N. *ἐμπεσων*, M. *ἐμπεσὸν*, F. H. *ἐμπεσὼν*, L. P. om. cap. Eodem modo explicandi sunt loci haud pauci, qui ab omnium reliquorum codicum testimoniis discrepant, quorum e numero hos afferam: V 6, 1 *εὐθὺς ἀρχομένου τοῦ ἔαρος*, ceteri *εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔαρος*; 37, 1 *ἐγχριόμενον*, cett. *ἐγχεόμενον*; VI 3, 4 *ἀνασκευάζουσιν*, cett. *ἀναβιβάζουσιν*; IX 15 tit. *δημοκρίτου*, cett. *διδύμου*, Guelf. Pal. 109 nihil; X 47 tit. *τοῦ αὐτοῦ*,

φυγαδεύονται
cett. δημοκρίτου; XI 2, 5 ἐκποδὼν δαίμονες·: ἀλλὰ, cett. om. φυγαδ.; 28, 1 εὗρον, cett. ἔγνων, L. ἔγνωμεν; XII 1, 8 ἐντυ-
ὄψιμον
βον /\ καὶ σευτλομόλοχον, cett. om. ὄψιμον; XVI 8 tit. περὶ αἵματος τοῦ ἐκ κοιλίας, cett. περὶ κοιλίας (cf. ipsum capitis ini-
ἕν
tium); 15, 2 οἴνῳ, cett. οὔρῳ; XVII 10, 3 μῆνας δέκα, cett. om. ἕν; 14 tit. δημοκρίτου, Vind. 49 τοῦ αὐτοῦ, cett. nihil, Guelf. om. caput; XX 2, 1 οἴνῳ εὐώδει μιχθέντων, H. εὐώδει ... ἐντων, F. εὐώδει λυθέντων, G. οἴνου εὐώδη λειφθέντων, V. 49 L. ut ed. οἴνω εὐώδει λυθέντος, M. deficit; 6, 1 μαλακιστὰ, F. μαλάκοστα, L. recte μαλακόστρακα, H. M. deficiunt; item ἀλληλοτρόφιμα, F. ἀλληλόφιλα, L. ἀλληλόφυλα, G. ἀλλόφυλλα, Voss. ἀλληλότροφα, Cornar.: quae inter se amicae, quae se mutuo vorent; 9 tit. ὕδατος, F. G. V. 49. Barocc. 54 m. 2 δελέατος, H. M. L. deficiunt. Quae tamen contaminator Neap. non ipse peccavit omnia: neque enim XII 12, 2 τιμιωτέρα, neque XIX 2, 17 μόριον, quae eum in altero utro archetyporum invenisse apparet, in eorum quos ibi contuli codicum — illic H. Vi. 112 F. G. Vi. 49 M. L.; Pal. 207 om. §; hic H. F. G. Vi. 49 Bar. 54 m. 2 M.; P. om. §, L. Vi. 112 om. cap. — ullo occurrit. Horum omnium codicum nullum praesto fuisse contaminatori plane constat ex X 82, 1. Ibi enim scripsit τὰς || τ . ζας αὐτῶν una littera omissa, cum F. G. V. 49 H. V. 112 M. P. 207 L. distincte habeant τὰς ῥίζας αὐτῶν. Palatinum 109, quem proximum esse a Neapolitano supra saepius vidimus, his locis non contuli: qui ipse ut non sit parens eius, hoc iam nemo dubitabit, quin cod. Neap. 309 contaminatus sit e duobus exemplaribus, quorum alterum Palatino 109, alterum Harleiano 5604 affine erat. Ita enim quidquid fere habet proprii facile explicatur: contra si ex codice manavit his meliore, qui fieri potuit, ut omnibus locis corruptis hos sequeretur, etiamsi Marc. 524 Laur. XXVIII 23 meliora tradere apparet, velut V 38, 2 καὶ τὸ πρίζον τὴν, M. καὶ τῶν ῥιζῶν τὴν, L. om. c.; IX 9, 3 καὶ τῇ προσχώσει [ταπεινοτέρα — 4 πρόσχωσιν] μὴ καίηται om., M. habet, L. om. c.; X 77, 2 τὴν γενεὰν, M L. τὴν γενναῖαν; § 6 τῆς ἀμόργης, M. L. τῆς ἁρμογῆς; XIII 1, 1 ἀπόδειξιν, M. recte ἀποδίωξιν, L. ἀποτροπὴν; XIV 6, 6 κεφαλίδων [ἐπίστυλα λίθινα — λιθίνων] ἐπιστύλων et post κίονας: τὸν ἀριθμὸν ὀκτώ. ἄλλοτε δὲ πλείονας om. etiam

L., sed M. P. 207 habent; XV 2, 10 *ἐπιξενοῦσαι μονὰς*, L. *ἐπὶ ξένας μονὰς* ut ed., M. P. *ἐπὶ ξένας δὲ νομὰς*?

Itaque ne indices quidem singulis libris praepositos ad Marcianum referre licet, sed aut ex illo Harleiani socio deprompti sunt, quem integrum fuisse ut non ausim negare, quia quoad utrumque exemplar pertinuerit ex Neapolitano cerni nequit, ita, cum in nullo Harleiani socio ullum exstet indicis vestigium, non est verisimile: aut contaminator in alterius exemplaris e Flor. descripti initio congregatos ultro in singulos libros distribuit. Nam ipsum quidem indices non composuisse inde consequitur, quod saepe capitum tituli in ipso opere corrupti in illis recte traduntur; cf. V 35 tit. *διαφόρων* pro *ἀφόρων*; VII 11 *ἀπὸ* pro *ὑπὸ*; VIII 2 quod titulo sicut in Harl. additur *σκευασία οἴνων διαφόρων γεηπόνων*, in indice sicut in F. M. L. omittitur; c. 38 sicut in Harl. post c. 39 sequitur, sed in indice titulorum ordo servatur; eodem modo XVII 20 ante 19 legimus, cum in indice item atque in ceteris codicibus atque adeo in Harl. locum suum teneat; XIV 24 tit. post *τρυγόνων* sicut in illo *ὀρνέων* inseritur, in indice et in ceteris codd. omittitur. Gravissimum vero originis communis indicium hoc est, quod et Neap. et Flor. et Marc. in libri III indice addunt mensium nomina Aegyptia, in ipso libro III sicut ceteri codd. omittunt.

Cheltenhamensis 1581. Multo neglegentius compositus est cod. Cheltenhamensis 1581. Folia eius chartacea non numerata formam habent 15 × 11 centimetrorum, quorum 11 × 8 inscripta sunt 18 versibus saeculo XV vel XVI. Litterae initiales rubro fusco, cetera fere omnia atramento exarata sunt, tituli, nomina, numeri modo inter reliqua, modo in margine. In tegminis parte interiore traduntur sex disticha, quorum initium *Τὰ πρὶν τηλεθάων νυμφάων*, finis *θάλλω ἀρειότερον*. In f. 1 r mg. superiore legimus *ἀρχὴ τοῦ πρώτου . . . . .*, tum alia manu scriptum: Coll. Par. Soc. Iesu (cf. Chelt. 1523 et 1574), et infra hoc rubro pallido 1 m.: *Πρὸς κωνσταντῖνον βασιλέα κωνσταντινοπόλεως τὸν πορφυ|ρογέννητον.* Tum Geop. incipiunt prooemii verbis *Πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις·* In mg. dextero additur manu recentissima 279 et litteris transversis: Paraphé au desir de l'arrest du 5. juillet 1763. | Mesnil. (cf. Chelt. 1523 et 1574). In extrema pagina post ultima Geoponicorum verba *πατηγίεις ἄλιξ*: (XX 46, 2) sequuntur (*ὀ*)*ριβασίου πρὸς εὐνάπιον περὶ ὑδάτων*, quae in mg. numero *ιδ'* no-

tata sic incipiunt: *δεῖ δὲ καὶ τῆς τῶν ὑδάτων ἀρετῆς*, mox post verba *πρὸς ἄρκτους ἐστραμμένα* codicis fine interrumpuntur.

Itaque non dubitarem hunc codicem ad Marcianum 294 referre, in libro XX mutilo enim ad verbum congruit cum Cheltenhamensi 1565 illi cognato, nisi haberet prooemium. Quod tamen non ex eodem exemplari, unde l. XX, sed ex aliquo Florentini apographo sumptum esse inde colligo, quod aliis quoque locis non Harleiani verba, sed Florentini menda traduntur, velut I 1, 6 *τροπῶν ἡ μὲν χειμερινὴ*, H. *τροπῶν ἡ μὲν θερινή*; II 19, 1 *ῥαφαήλ*, H. *φρυήλ*; 42, 3 *αἷμα* (F. in ras.) in *ὥραν* correctum et *οὔσης γυμνῆς* — — *περικειμένης, λελυμένη*, H. cum sociis *ὥραν* et *ἀνυπόδετος γυμνὴ* — — *περικειμένη, λελυμένας*; § 5 *ἰαβῶ* om., H. *ἰακῶ*, Longolianus recte sicut Marc. 524 et Harl. 1868 *ἰαβῶ*. Prooem. 11 quidem verba *ὦ εὐτυχέστατε κωνσταντῖνε* a Florentini verbis *ὦ δικαιόταιε δέσποτα κωνσταντῖνε* abhorrent; sed hoc, cum librarium Geoponica non nimis religiose descripsisse, vel potius excerpsisse multis locis appareat, nullius momenti esse censeo. Post I 13 enim sequuntur I 14, 4—10, quibus in mg. adduntur (al. m.?) paragraphi 3 verba *ὡς φιλόστρατος ἱστορεῖ*; tum § 12; c. 16 (sine titulo); 14, 11; deinde eadem manu, sed calamo acutiore eodem, quo codicis partes posteriores exaratae sunt, supplentur 14, 1. 2, sicut traduntur in Harl. et Longoliano. § 3 et c. 15 plane desunt; nam librarius tota pagina omissa sequens folium sic incipit: *βιβλίον β′: περὶ γεωργίας: — Τάδε ἔνεστιν.* Item post II 6, 42 cum animadvertisset eadem referri quae 4, 2, sic pergit: *ἔχειν μολυβοῦν ἀγγεῖον | ὡς ὄπισθεν εἴρηταί σοι καὶ ὅρισται δοκιμάζειν*: (§ 47) *καὶ περὶ ὑδροσκοπικῆς αὐτάρκως εἴρηται.* || Tum rursus altera folii pagina omissa fol. insequens sic incipit: (rubro) *περὶ ὑδάτων*: — (atram.) *περὶ ὑδροσκοπίας*: (= c. 7 cett. mss. *περὶ ὑδάτων καὶ πῶς δεῖ τὸ ὄμβριον ὕδωρ συνάγειν*. et F. H. L. *διοφάνους*, M. P. 207 *διονυσίου*) *ὑδάτων δὲ πρὸ πάντων.* IV 8—10, quae unum folium occupant, intercedunt inter III 5. 6: quod utrum casu an ex voluntate librarii factum sit, cum in utrisque agatur de vitibus et illis desint tituli et numeri, iudicari nequit. Inter l. VI et VII sicut fere ubique novi libri initium sic indicatur: *Τέλος τοῦ ἑβδόμου* (!) *βιβλίου*: | *καὶ ἀρχὴ τοῦ η* (!) | *τάδε ἔνεστιν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ, ἑβδόμη μὲν οὔσῃ.*

Mittamus igitur haec codicum monstra biformia, quae si qua parvula aliter tradant ac ceteri, utrum parentibus suis de-

beant an contaminatorum arbitrio, discerni nequit, et transeamus ad librum Harleiani 5604 eiusque sociorum archetypo et Florentino affinem nec tamen eorum familiis adnumerandum.

Harleianus 1868. Est cod. Harleianus 1868, cuius folia 82 bombycina 19×25 cm. magnitudine valde infuscata vermibus peresa et materiae alicuius olim liquidae, cerae forsan, guttis, quarum reliquiae aridae adhuc exstant, maculata sunt. Verba 17—20 versibus 15×22 cm. tegunt. Omnia exarata sunt atramento, tituli in textu, numeri et nomina plerumque in margine, litteris crassioribus et quadratis, quarum maior pars formam minusculam antiquiorem, minor recentiorem ostendit. Easdem formas cum teneant glossarum interpretationes quamvis neglegenter scriptae, totum opus ortum esse censeo in harum aetatum confinio circiter saeculo XIII. Namque per totum fere codicem partim rubro partim atramento aut verbis illis temporibus obsoletis Neograeca quae dicuntur vocabula superscripta sunt inter lineas, aut ubi illorum numerus nimius est, universae sententiae et paragraphi in spatiis de industria prima manu omissis lingua Neograeca repetuntur. Exempli causa proferam, quae adduntur II 44. Ibi legimus supra *χρὴ*: *πρέπει*; *τὴν τοῦ ἀγροῦ*: *τὴν τοῦ χωραφίου*; *ὑπόδειγμα*: *παράδειγμα*; *τῶν ἐν τῶ ἀγρῶ*: *τῶν ἐν τῶ χωραφύω*; *καὶ τρόπον*: *καὶ στράταν*; *ἀποβλέποντες*: *αφορῶντες*; *αἰδῶνται μᾶλλον ἢ φοβῶνται*: *ἐν τροπῆ πλέον παρα τὸν φόβον*; *σεμνὸς, εὐπρόσιτος*: *ταπεινὸς ὑπονητικὸς*; *οἴνου*: *κρασίου*; *λήθην*: *ἐλισμοσύνην*; *ἡ πλέων*: *ἡ πλεοτέρα*; *τοῦ οἴνου*: *τοῦ κρασίου*; *αἰσχροκερδὴς*: *λέ(ή?)ξουρος εἰς πράγματα*; *τοὺς τόκους*: *τοὺς καταμάτους*; *ἄπληστος*: *ἀχόρταστος*; *ἀρκούμενος*: *οἰκανούμενος* (pro *ἱκαν.*?); *τοῖς ἐπιτηδείων* et *ἐπαρκῶν*: *τῶν χρησίμων* et *χωρηγοῦν* (sic!); *θεοσεβὴς*: *φοβούμενος τὸν θεὸν*; *θρησκείας*: *προσκυνήσεις*; *καθιερο*(sic pro *ω*)*μένα*: *ἤτοι εἰς ἐκκλησίας καὶ κληρομένα*; *πρὸς εὐσέβειαν παρασκευάζων*: *πρὸς καλὴν πίστην ὁδηγῶν*; *ἐπαχθὲς πράττειν ἐπιτρέπων*: *ἐπιβαρὲς ποιεῖν σ(ὁ?)ρίζων*; *ἐνιαυσιαίαις*: *χρονϊέοις*; *ἀλλοτρίους*: *ξένόυς*; *κρεῖττον*: *καλλιώτερον*; *ἀναφερέτω πρότερον ἐπὶ τὸν δεσπότην*: *ἂς τὸ αναφέρει προτήτερα ἐπὶ τὸν αὐθέντην αὐτοῦ*; *πλὴν εἰ μὴ πάνυ*: *χωρὶς εἰ μὴ πολλὰ*; *κατεπείγοι*: *συντομέβη*; *κέλευσιν*: *ορισμόν*: — Verum non integrum habemus codicem, sed ea quae aetatem tulerunt 82 folia nihil continent nisi Geop. a II 34, 1 *πτήσας* (= *πτίσας*) *ξήρανον* usque ad VII 35, 3 *ἀποθέντες χρῶνται*. Praeterea inter f. 45 et 46 aliquot perierunt folia,

quae V 31, 1 ἴδῃς ἐφισταμένην — 39, 2 τὰ στελέχη continebant, et inter f. 50 et 51 unum, quod pertinebat a 47, 1 ἑψεῖν χρὴ usque ad 49, 1 τὴν ἀκόνην. In f. 1 r mg. additum est m. rec.: p. 69, in 82 v: p. 204. His antecedit unum folium recentioris chartae cum aliquot bibliothecarum numeris et his verbis: Liber Humfredi Wanley. Qui Harlei bibliothecarius codicem in catalogo ita describit: Codex Graecus in 4to ampliori, chartis bombycinis scriptus ante quadringentos annos, quem a me redemit Illustrissimus Dominus meus: in quo continentur, Γεωπονικῶν pars magna; scilicet a Cap. 35 Libri II usque ad Cap. 35 Libri VII cum Scholiis uberrimis adhuc ineditis, Litteris minitatis passim adscriptis.

His verbis referimur ad eam quaestionem, quam, cum de Harleianis 5604 et 1686 agerem, iam tetigi. Cum enim eandem aetatem quadringentorum annorum, quam Wanleius praeter morem Harleiano 1868 tribuit, Needhamius in praefatione vindicet Cottoniano suo mutilo, Wanleium suum codicem pro illo ipso Cottoniano habuisse suspicor. Et iure quidem fecit: nam quaecunque Needh. inde a II 37, 1 usque ad VII 35, 2 profert cum parvula tum graviora velut III 2, 1 ἐρριζούσας, H. Vi. 112 L. ἐρρίζους, M. εὐρίζους, F. recte ἐνρίζους; VI 11, 3 post στέμφυλα: τουτέστιν τὰ τζίπουρα; VII 12, 15 ἐμβάλλουσι τῷ οἴνῳ ἤγουν τῷ γλεύκει, ceteri ἐμβάλλουσι τῷ γλεύκει, in Harleiano inveni, nisi quod IV 3, 5 ad ἐπειγομένους notat: ex Mss. P(al.) C(ott.) et B(ar.) 1, cum Harl. habeat ἐπιγομένους (cett. ἐπιγινομένους); V 52, 2 ad ἐξικμανθεῖσαν, quod habent F. M.: Mss. F.(olio) V.(oss.) Cott. L.(ong.) Bod. ἐξικμασθεῖσαν, quod quidem habent Harl. 1686 et 5604, sed Harl. 1868 ἐξηκμασθεῖσαν; VI 7, 1 ad ῥητίνης σχινίνης: emend. ex Mss. F.(olio) C.(ott.) L.(ong.) et Bod., antea ῥιτίνης ἀχινίτης, sed Harl. 1868 ῥιτίνης σχινίνης; 18, 1 ad ἐπικαθεσθείη: Ms. Cotton. ὑποκαθεσθείη. In Ms. F.(ol.) ὑποκαταβαίνῃ (Harl. 5604 ὑποκαταβαίη). Sed L.(ong.) et Bod. ὑποκαταστείη. G.(uelf.) ἐπικαθεστείη: at Harl. 1868: ὑπὸ|κατεσθείη; VII 9 tit. ad χωρίσαι: ita Mss. V.(oss.) F.(ol.) Cott. et Barocc. (item F. H. M. L.; sed ed. Bas. G. Vi. 49 χωρῆσαι): at Harl. 1868 bis χωρίσας; cum enim prius titulum continuo post c. 8 posuisset, hunc expunxit et inferius repetivit dimidia pagina paraphrastae Neograeco omissa; 15, 15 ad μεταβάλοι: Mss. V.(oss.) F.(ol.) et Cott. μεταβάλλοι, Bar.

Cottonianus Needh.

λλει′
μεταβάλλεται: at Harl. 1868 *μεταβα* ; 34 tit.: Ms. Cotton. habet *Φλωρεντίνου*: sed Harl. 1868 *φλορεντίνου*, cett. *λεοντί(ν)ου*; porro VI 19, 1 secundum Needh. post *σάνδυκος* in Mss. F.(ol.) et Cotton. ex Hesychio ista scribuntur: *Σάνδυξ, δένδρον — ἐμφερῆ ἔχει*, cum in Harl. 1868 itemque in Harl. 5604 sic legantur: *διηθητέον· ἢ σάνδυξ· δένδρον — ἐμφερῆ* (1868: *ἐμφερεῖ*) *ἔχει· σάνδυκος δραχμὰς* etc.; VII 15, 1 denique ad *ἀπολειπτέον τὴν*: Emend. ex Mss. F.(ol.) Cott. L.(ong.) Bar. et Bod. In pr. Edit. *ἀπολη πτέον αὐτὴν τήν*, cum Harl. 1868 habeat *ἀπολειπτέον αὐτὴν τήν*. Quae quam habeant auctoritatem, ex hoc ipso loco elucet. Etenim Bar. ipse cum Harl. 5604 F. M. servat illud *αὐτήν*. Item IV 3, 5 praeter Harl. 1868 etiam Bar. non *ἐπειγομένους* sed *ἐπιγομένους* habet. Quod vero is, qui Geoponicorum et initium et finem in Long. Bod. deesse, in Bar. manu recentiore suppleta esse ne verbo quidem monuit, Harleiani 1868 scholia neglexit et maiorem partem locorum, quibus ille cum ceteris discrepat, praetermisit, nemo mirabitur. Huc accedit, quod hodie cum Harl. 1868 compacta sunt ff. 22 chartacea forma quae dicitur octava in catal. sub num. 6876 descripta, in quibus editio Basileensis et versio Cornarii conferuntur cum codicibus Longolii et Saraceni. Atqui Needh. in praef. confitetur ipse se ex bibliotheca Cottoniana praeter tres libros manuscriptos accepisse librum impressum collatum cum MS. D̄ni. Saraceni Regiae Pecuniae Rationum Praefecti in Gallia Narbonensi, et in margine notatum. Quid igitur probabilius, quam has scidas a Needh. ipso inscriptas esse et eadem qua codices Cottonianos ipsos via in bibliothecam Harleianam venisse? Librum impressum illum quidem in ea non repperi: verum Harleianum 5604 cum Needhamii Folio et Harl. 1686 cum eius Vossiano mirum in modum congruere iam supra memoravi. Sane horum causa non aeque est in aperto. Cum enim ea, quibus congruunt, fere omnia in aliis quoque reperiuntur codicibus, tum ea, quibus differunt, sunt plura; quin etiam ea, quibus Wanleius cod. Harleianum 1686 descripsit verba: Codex Calligraphus et a Melchisedecho Thevenoto (regis Francogallorum bibliothecario † 1692) ex Oriente advectus, videntur abhorrere a Needhamii verbis: olim Isaaci Vossii liber († 1688). Quae tamen differentia nulla est, si Needhamium, quae tradit, non ut Wanleium ex ipso codice — in Harl. 1686 enim nihil est, nisi: ex bibliotheca Melchis. Theve-

not — hausisse, sed ab ipso Cottone audivisse statuimus; quidni enim Vossius emeret codicem a Thevenoto aequali suo? Multo probabilius coniceremus, si hos tres codices Harleianos iam ante, quam in bibliothecam Harleianam recepti sunt, coniunctos fuisse constaret. Verum iis, quae iuvante Ricardo Sims, Musei Britannici bibliothecario, de Harleiani 5604 origine repperi nisus Wanlei nota in prima pagina adscripta: 26. Die Augusti A. D. 1723, difficultates non tolluntur, sed augentur. Wanleius enim in actis diurnis in bibliotheca asservatis ad diem 23. Aug. a. 1723 sub num. 12 haec refert: I received . . . . a folio, paper, Gr. Ms. containing what they call *Ἥρωνος γεωπονικὸν βιβλίον* . . . . followed by Constantini Geoponics without its Preface, et ad 26. eiusdem mensis: received a letter from Mr. Hanbury, who desires that the Gr. Ms. mentioned 23. may be posed in this library as his Present. Ex his litteris ipsis, quae in bibliotheca servantur inter Harlei epistolas, praeterea comperimus Hanburio illum codicem casu obtigisse (having got accidentally) et in bibl. Harl. iam complures similes (Geoponicorum?) fuisse. Atqui codicem 1686 Worsleium, cod. 1868 Harleium a se ipso emisse Wanleius dicit in catalogo; itaque si eidem sunt qui Cottoniani, codicem 5604 inter annos 1704—1720 censendum est a ceteris diremptum esse; quod idem accidisse codicibus 1686 et 1868, postquam in Wanlei manibus coniuncti fuerunt, dubitari nequit: alter enim recta, alter per Worslei manus in bibliothecam Harleianam transiit. Haec sunt omnia, quae repperi: nil de codicibus Cottonianis, postquam Needh. eis usus est a. 1704, nil de Harleianis, antequam e Wanlei, Worslei, Hanburi manibus in bibliothecam pervenerunt circa annum 1720. Quos eosdem esse suadent codicum similitudo et utriusque catalogi Cottoniani silentium, ipsius codicis Vossiani, qui non ut ceteri Vossii libri in bibliothecam Leydensem sed in Cottonianam pervenit, et codicis Guelferbytani exemplum, qui auctore Niclasio (ed. p. X sq.) olim Gottorpiensis non ut reliqua illa bibliotheca Havniam sed per manus Gudii Guelferbytum transiit: dissuadent Needhamii de Cottonianis verba: mutuo mihi dedit, et biblioth. Cottonianae publicatio a. 1700 parlamenti acto, quod dicunt Angli, decreta, Harleiani 1686 et Vossiani, antequam in Angliam pervenerunt, possessores differentes, Harleianorum origo, quoad cerni potest, diversa. Sane non perscrutatus sum omnia; forsan qui Wanlei acta diurna accuratius pervolvat, etiam de Harl. 1686 et 1868 ibi reperiat

certiora; fortasse Cantabrigiae vel alibi latent aliqua Needhamii scripta, unde statuere liceat, utrum reddiderit codd. Cottonianos necne; relatum est denique ad parlamentum a. d. X. cal. Iul. a. 1703 et a. d. VII. id. Mai. a. 1732 de libris Cottonianis in catalogis omissis: verum haec relinquo eis, qui student bibliothecarum historiis: in Geoponicis tractandis ego non dubito in locum codicum Cottonianorum Needhamii V.(oss.) C.(ott.) F.(ol.) substituere Harleianos 1686. 1868. 5604.

Atque ideo deinceps, quo facilius Harleianus 1868 distinguatur ab H.(arleiano 5604), eum semper C.(ottonianum) appellabo. Qui maximam quidem partem congruunt cum vitiis — uterque enim omittit II 35, 1 cum Long. Bod., id quod Needhamium fugit, *χαίρουσι* — *γῇ*; 44, 3 cum Vindob. 112 *μηδὲ ἐργασίαν* — *ἀναδεχέσθω*; III 3, 2 eum eodem et Long. Bod. totam; IV 15, 11 cum iisdem *καὶ ψύξαντες*; porro V 2, 16 *καὶ γόνιμον* — *λανθάνον*; VI 3, 3 *καὶ μὴ πρὶν* — *ἀναβιβάσαι*; VII 15, 8 *ἐὰν δὲ λεπτὸν* — *εὔθρεπτος*; 20, 5 *ποιήσομεν* — 6 *τὸν οἶνον*; 22, 1 *καὶ μάλασσε* — *οἴνου* (ubi Vi. 112 plane deficit, Long. Bod. eadem omittere persuasum habeo), tradit VI 15, 2 cum Long. Bod. *πρώτῳ*, Flor. cum Marc. *τρίτῳ* (Pal. 207 om. §, Laur. XXVIII 23 caput); III 10, 5 denique C. cum Long. Bod. habet *μάλιστα τῶν θερμῶν*, H. cum Vatic. 215 et 216 *μάλιστα τὸν θερμόν*, F. cum M. P. (L. om. §) *μετὰ τὸν θερισμόν* — tum virtutibus — uterque enim habet II 40, 2 cum Long. Bod. M. P. *καλανδῶν μαρτίων* — *πρὸ θ'*, quod om. F. (L. om. c.); IV 12, 6 cum Long. Bod. Vi. M. P. (L. om. §) *πάνυ*, F. om.; V 2, 17 cum Long. Bod. M. P. (Vi. deficit, L. om. §) *κατασυρομένη*, F. propter paragraphi praecedentis vocem *καταφερομένων*: *καταφερομένη*; 10 tit. cum Long. Bod. M. P. L. (Vi. om.) *πόστη*, F. *πῶς τῇ*; VII 4, 3 cum Long. Bod. Vi. M. P. L. *ἑκατοστόν*, F. *ἕκαστον*. Interdum tamen, ubi Florentinus Harleiano praestat, C. cum hoc facit, velut III 3, 9 H. V. om. *τὸ δάκρουν*, C. F. M. P. L. servant; 13, 9 H. V. Long. Bod. om. *τὰ σπαρέντα* — *βλαβήσεται*, C. F. M. P. L. tenent; IV 8, 3 H. V. *ἐκχέοντες*, C. F. M. P. L. *ἐκχέουσιν*; 15, 18 H. V. Long. Bod. om., C. F. M. L. habent, P. om. § 16—18; VII 7, 1 H. V. Long. Bod. *ἐλέγχει*, C. F. M. P. *διελέγχει*, L. om. caput; § 5 H. V. *οἴνῳ καὶ εὐωδεστάτῳ*, C. F. M. P. *καὶ εὐωδεστάτῳ οἴνῳ*; § 6 H. V. *τοὺς ἰόντας ἐξωνεῖσθαι*, *ἐφελκομένους ἐσθίειν*, C. F. M. P. *τοὺς εἰςιόντας ἐξ αὐτῶν ἐφελκύσασθαι ἐσθίειν*; 12, 3 H. V. *ἐξαιρέτως*,

C. F. M. P. *ἐξαιρεθέντος*, L. *ἐξαιρουμένου*. Praeterea scatet vitiis ipsi propriis, velut III 14 tit. et *Τῷ νοεμβρίῳ μηνὶ μετά*, IV 12, 16 *καὶ βολβίτου* — 17 *τῶν δὲ*, V 13—15 tota et 16 tit., VI 1, 1 *καὶ τὰ ὑπολήνια* — 2 *ληνὸν*, VII 20, 7 *τήλεως* — 8 *πλεκτοῖς* omittuntur, II 38, 1 *ἀμμώδεις* pro *ἀμμώδει*, 40 tit. *περιπάητων* pro *περὶ πάντων* et *κα|νάβων* pro *καννάβεως*, 47, 4 *σωματήριον* pro *σωτήριον*, III 5, 1 *πάνι ἐπϊτηδϊώτατον*, 9, 1 *ἀλλῶν* pro *ἅλων*, 11, 8 *εἰς ναὸν* pro *εἰς νειὸν*, IV 1, 7 *κατά τὸ*
τϊ
στορέσας pro *καταστορέσας*, 8, 1 *θηριακὴ*, 12, 13 *τὰ ἐν* bis scribitur, multa similia. Inde colligo, et H. eiusque socios non descriptos esse ex archetypo ipsis cum C. communi, sed ex aliquo eius apographo, cuius librarius illas partes omisit in C. servatas et corrupit, quae C. cum F. recte tradit, et inter hos et archetypum his omnibus cum Florentino communem iterum aliud intercedere exemplar, in quo iam deerant partes in F. solo servatae. Nam quod in C. III 3, 11 inter duas partes verbi *λακ — κώδη* versus dimidius et inter *ψαμμώδη* et *καὶ* duae tertiae partes versus, VII 26, 2 et 3 inter *ἐμβλητέον* et *τινὲς* 8—10 litterarum spatium omittitur, cum non tantum F. H. V., verum etiam M. P. ibi nihil inserant (L. illa capita omittit), si quid habuit Cottoniani archetypus, aeque interpolatum erat atque IV 15, 5 post *ὑποστροθέντων* (sic!) *ἀχύρων* verba *τουτέστιν ἵνα | ἢ τὰ ὑποστρωθέντα θέρμων ἄχυρα*: — post quae item quarta versus pars omittitur, antequam pergitur verbis *Εἰ μὲν ἐγχωρεῖ*.

Longe aliter res se habet in codice 23 plutei XXVIII Laurentianus XXVIII 23.
bibliothecae Florentinae Sti. Laurentii, quem quo facilius ab altero F.(lorentino) distinguerem, L.(aurentianum) notavi. Folia eius 121 membranacea Geoponicis occupantur usque ad f. 119 r; in ff. 119 v — 120 r litteris multo minoribus atramento paulum differente et rubro nitidiore, sed manu haud multo recentiore scripta sunt sine titulo quaedam de orbe signifero et luna, quorum initium: *Ὁ μὴν μάρτιος· δʹ μηνὸς* (!) *καὶ πρῶτος ἐν μέσει τοῦ ἐνιαυτοῦ*, finis: *καὶ πρὸς τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐκλειπτηκούς*. In ff. 120 v — 121 v eadem litteris maioribus manu multo recentiore repetuntur. Subscriptum est magnis litteris atramento ravo: . . *ας ἄνω υἱὸς βασιλέως καὶ κάτω υἱὸς βασιλέως* | . . . *καὶ ουδαμοῦ* (?) *σκηπτρα* (?) *βασι* |. Ipsa Geop. scripta sunt litteris minimis sed elegantibus saec. XIII. Neque enim habeo, quod Bandinii diffidam iudicio, cum saeculi XIV et XV formae

a me, cum de Barocciano agerem, enumeratae praeter ligaturam litterarum *εκ*, quae haud procul abest a ligatura *τελ* (Gardth. Griech. Palaeogr. p. 204) nusquam, s. XIII indicia a me ibidem allata, multa alia, quae in Florentino aut nondum aut raro invenias, velut litterarum *α, β, γ, κ, ν, σ, ττ, ω* formae maiusculis similes passim occurrant. Foliorum singulorum forma est 18 × 14 cm., quorum 15 × 10 inscripta sunt 27 vel 28 versibus. Litterae subscriptae sunt lineis stilo impressis, quae item binae ab utraque parte secludunt marginem. Ibi qui inveniuntur numeri tota Geoponica *ϱ̃β* i. e. 102 capitibus comprehendentes pristina librorum capitumque divisione adeo neglecta, ut omnia quae exstant e l. XX in unum coacta sint caput, alia manu encausto recentiore videntur scripti esse. Titulorum et nominum ceteris verbis insertorum non interrupto versuum ordine minium initio satis nitidum paulatim in colorem fuscum abit et pallescit. Simili modo universa relaxatur scriptio usque ad f. 70 v; nam inde litterae ab littera *η* vocis *κηποποιΐας* in l. X argum. subito colorem nigrum, formam subtilem et accuratam recuperant, ut librarius et atramentum et calamum videatur denuo temperasse.

Ipsa Geop. ordiuntur a I 4 tit. in f. 1 r, finiuntur in f. 119 r verbo *σκιά*: — XX 8, cui addidit rubricator haec verba postéa, cum rubrum evanuisset, atramento restituta: *τέλος τῶν εἴκοσι βιβλίων τῆς τῶν γεωπονικῶν ἐκλογῆς*: — Alibi quoque haud paucis partibus, maxime totis capitibus velut in l. I praeter 1—3 etiam 9. 12. 15 omissis aliquantum contracta sunt. Ne librorum quidem ordo servatur, sed numeri non mutantur. Etenim librum IX sequuntur XII, XIII. XV. X, XI. XIV, dum a XVI reliqui rursus suum tenent locum. Contra in folii 118 v margine litteris crassioribus et atramento deterrimo l. XX capiti 4. *Ἰχθύας εἰς ἕνα τόπον συναγαγεῖν παντοίους· Δημοκρίτου* nonnullae escae adduntur ceteris Geop. codicibus non receptae: *ἵχθύας εν θαλάσ[σ]η | εαν θέλ[ῃς] εις ενα τοπο̄ συναγαγ[ε|ιν | και καταλανβὰνην (—λαμβάνειν) πανπολλ[οὺς], ὕέλι|νον αγγ[ος?] πλήσας ἔλαι|ου λαβρου | φραξον τὸ | στόμα κᾶὶ | χαλάσον εἰς | τη̄̀ θάλασ[σ]αν· καὶ τὰ ὀψά|ρια, πρὸς (?) τὴν | αὐγὴν ξενϊ|σθέντα, συνελεύσοντε (—ται): | ποΐει δὲ τοῦ|το, εν ἡμέρεσ (—ραις) λανπρ̃έ: (λαμπραῖς) | + ἔστϊν ενήσ|ε καὶ μὴ ευ(?)λη|εγέτον (?) των |*

8

χ . . ον εν στα|σιῶ καὶ σϋ[χν?] ῶ ὑδατϊ | . ͂κ (?) οὐγ(?)ομι (μένον?) | . . . ηχθϋων |. [Εἰ δὲ βούλει | πολὺ]πουν αληευσε,

(ἁλιεῦσαι) λαβον (λαβὼν) [κλάδ]ους ελεας (ἐλαίας) α|ποκ$\overset{\varepsilon}{\varrho}$ | .... (ἀποκρέμασον εἰς?) την θαλασ[σ]αν ὅπου κρομνὸσ ἒὴ εἱ ἐν γηαλλʋσ· | τροδʋσ· (κρημνὸς ᾗ, ἢ αἰγιαλοῦ στροφή?) καὶ εαν ὠσΐ συπλακη σ̈ τε + κλαδʋισ, | (συμπλακέντες τοῖς κλάδοις?)........ν, ασπασ ὢν 5 (ἀνάσπασον: — ?) Reliqua cognoscere non potui.

Graviora quam haec recentiore fortasse manu interpolata quaedam alia sunt in Laur. m. 1 tradita, in reliquis codd. omnibus omissa. VI 5, 2 enim in F. H. C. legimus: *καθόλου δὲ καλλίων ἡ λαμπρὰ λάμπουσα βελτίων ἔσται· ἡ δὲ λεπτὸν ἂν φαύλη ἀποδοκιμάζεται.* Haec Niclasius ita interpretatur: generatim meliorem esse splendentem; quo magis autem splendeat, eo esse praestantiorem (ut *λάμπουσα* sit maior gradus splendoris); parum autem splendidam viliorem haberi. Cui interpretationi complura obstant. Ac primum quidem ea, quam Ni. statuit verborum *λαμπρὰ* (splendens) et *λάμπουσα* (magis splendens) differentia haud scio an nusquam reperiatur. Melius Cornarius Dioscor. I 97 nisus *λιπαρά* mutavit. Sed sive hoc sive illud praefers, verba *καλλίων ἡ λαμπρὰ* (vel *λιπαρὰ*), *λάμπουσα βελτίων*, ut omittam, quod articulus non repetitur, nulla particula inter se coniuncta, ut erant Graeci particularum amantes, durissima videantur. Nec minus quoniam *λαμπρὰ* et *λάμπουσα* vel quidvis aliud verbis *ἡ δὲ λεπτὸν* prorsus opponuntur, *μὲν* ibi requiras huic *δὲ* respondens. Neque huic *λεπτὸν* scil. *λάμπουσα* illud *λάμπουσα* nudum commode opponitur. An mavis coniungere *λαμπρὰ λάμπουσα* figura quam vocant etymologica? At tum quid faciamus duobus comparativis *καλλίων* et *βελτίων*? Aliter Casaubonus: vult *λεπτή*. At ne huic quidem verbo *λεπτή* vim non splendendi, *λάμπουσα* enim, non *λιπαρὰ* voci potissimum opponitur, vindicare ausim. Quid denique sibi vult illud *ἂν* vocem *λεπτὸν* sequens, nisi idem iam additur verbis *λαμπρὰ λάμπουσα*? Ubi sit vitium, demonstratur Marciani verbis *καθόλου δὲ καλλίων ἡ λαμπρὰ· | δοκιμάζουσι δέ τινες πίσσαν, οὕτως· στυπτι* . . . (tertia versus parte omissa) . . . *καὶ ἡ μὲν παχύτερον | καπνὸν αναπέμπουσα, βελτίων ἔσται· ἡ δὲ λεπτὸν, ὡς φαύλη ἀποδοκιμάζεται.* Sed ipsi desunt verba quaedam, neque ad excerptorem Palatinum recurrere possumus, quippe qui totam paragraphum ut non satis expeditam omiserit. Hanc difficultatem tollunt verba Laurentiani codicis: *καθόλου δὲ κάλλιον*

(lege *καλλίων*) *ἡ λαμπρά*: — *δοκιμάζουσι δέ τινες πίσσαν, οὕτως· στυπίον εἰς ἑψομένην ταύτην ἀνάπτουσι· καὶ εἰ* (l. *ἡ*) *μὲν παχὺν τὸν καπνὸν ἀπολάμπουσα, βελτιον* (l. *βελτίων*) *δοκεῖ· ἡ δὲ λεπτὴν,* (l. *λεπτὸν*) *ὡς φαύλη ἀποδοκιμάζεται*. i. e.: Omnino autem melior splendida: — Probant autem quidam picem ita: Stuppam in hac dum coquitur incendunt; et ea, quae densum reddit fumum, melior videtur; quae tenuem, ut vitiosa reprobatur. Praepositiones *εἰς* et *ἐν* in Geop. saepe permutantur, cf. XIII 9, 4 *εἰς ἔλαιον ἑψήσας* (sic codd.), 14, 4 *ἑφθὴν εἰς χολὴν βοός*, multa alia a Ni. in indice s. v. *εἰς* collecta. Utrum *παχὺν τὸν* an *παχύτερον, ἀπολάμπουσα* an *ἀναπέμπουσα, δοκεῖ* an *ἔσται* praeferendum sit, infra videbimus: hic sufficit in L. solo hanc paragraphum servatam esse integram.

XI 18, 15 L. sic refert: — *καὶ γὰρ μύρον οὐ φαῦλον παρασκευάζει καί ὀδυνωμένοις ὀφθαλμοῖς ἐστισύμμαχον καὶ πρὸς ἕτερα πλείονα εὑρίσκεται χρησιμώτατον*: —, cuius verba postrema ipsa optime illustrant ea quae antecedunt *πείθομαι δὲ θειοτέρας αὐτὸ μετέχειν φύσεως*. P. 207 librarius de more totam paragraphum eiecit, F. H. M. pro voce *ὀδυνωμένοις πονουμένοις* receperunt, quae vocem *σύμμαχον* sequuntur, omiserunt; F. H. praeterea vocem *φαῦλον* forma *θειοτέρας* pellecti in *φαυλότερον* corruperunt.

XVI 21, 10 Ne. *περίχεε σὺν οὔρῳ παλαιῷ θερμῷ στέαρ* videtur dedisse suo Marte; etenim *σὺν* in F. H. M. P. non inveni. Dativum nudum non quadrare recte perspexit: quae sit causa, aperit L. Qui haec habet: *περίχεε οὔρω παλαιῶ θερμῶ μετὰ ἁλῶν περισπογγίσας, καὶ ἐπιμελῶς ἐπίσταζε παρατρίβων σιδήρω θερμῶ στέαρ.*

XVIII 2, 3 primum formae *τρέφονται* et *αὐλίζονται* non respondent voci *ἀγέσθω*, quare cum F. H. M. L. legendum est *τρέφεται* et *αὐλίζεται*. Tum sequuntur in F. H. M. P. haec: *ἀλλ' ὅταν ὁ ἥλιος ὀξύτατος ᾖ* (*ᾖ* om. F. H.), *ὑπὸ σκιὰν ἀγέσθω· οὐ μὴν τὸ ἀνάπαλιν.* Quid hoc vult? Ne ex umbra in solem ducantur? At hoc facere nemo in animum inducet neque quadrat ad id quod sequitur *σφόδρα γὰρ βλάπτει τὸ ψύχος αὐτά.* Loco corrupto medetur L., in quo est *ἀγέσθω*: — *Ἑκάστωτε* (l. *ἑκάστοτε*) *δὲ ἐκ τῶν δυσχειμέρων τόπων, εἰς τοὺς θερμοτέρους μεταγέσθω· οὐ μὴν τὸ ἀνάπαλιν κτλ.* Cum bis congruit etiam interpres Vindanionii (Lagarde, Geop. in serm. Syr. vers. XIII 48), quamvis corrupisse auctoris verba videatur; haec enim sunt

verba eius e sermone Syriaco in Graecum restituta: *καὶ φάτνας ἐν τόπῳ ὑψηλῷ ποιητέον αὐτοῖς, ὅπως τροφὴν λαμβάνωνται ὑπὸ τῷ ἡλίῳ καὶ μένωσιν ἔξω· καὶ ὅταν ὁ ἥλιος ὀξὺς ᾖ, ἀγέσθωσαν ὑπὸ σκιάν· καὶ ἐν τῷ χειμῶνι εἰς τὴν θερμότητα· πρὸς τὸ ἑρπετὸν κακὸν μὴ ἕρπειν, ἐν τοῖς σηκοῖς αὐτῶν κτλ.* (= Geop. XVIII 2, 4).

Aliis quoque locis L. unus omnium aut veram lectionem servavit aut proxime abest ab illa, velut V 5, 3 F. M. P. habent *ὅσαι βλάπτεσθαι εἰώθασιν ἄμπελοι ὑπὸ ἀνέμων τοιούτων, ἢ ὁμίχλης, ἢ ἐρυσίβης, τούτοις ἐπιτεθεῖσαι οὐ βλαβήσονται, τουτέστι δενδρίτιδες γενόμεναι. Τούτοις ἐπιτεθεῖσαι* ratione caret: cui enim rei imponas vites? Itaque Ne. et Ni. scripserunt *ἐπιταθεῖσαι*, ut C. et H. cum sociis suis habent, hoc est his, scil. ventis, intentatae. Quamquam hoc de ventis solis dici potest, non item de *ὁμίχλης* et *ἐρυσίβης*, quae intercedunt. Quaestio dirimitur Laurentiani lectione *δένδροις ἐπιτεθεῖσαι.*

V 8, 3 L. unus tradit *προςφύεται* iam e Ne. emendatum, ceteri omnes et hic *προςρύεται*, et 6, 4, ubi L. deficit, *προςρυήσεται.*

VI 5, 1 Didymus picem laudat Idaeam atque Pieriam; tum legimus: *οἱ δὲ τὴν Ῥοδίαν προκρίνουσιν, ἄλλοι δὲ τὴν Ῥοιτείαν.* Nec Rhodiam nec Rhoeteam apud alios scriptores inveniri miratus Ni. emendationis promptae *Βρυτίαν* mentionem facit, recipere non audet, quod reliquae omnes Asiaticae sint aut Graecae. Nam in Long. Bod. *$\overset{\beta}{\rho}$οιτείαν*, in Harl. 5604 *βροιτείαν* legi ex Needhamii silentio divinari non poterat. Sane horum codicum testimonio diffidere debemus; etenim Vatic. 215. 216 et Chelt. 1565 ex eodem archetypo orti sicut F. C. M. P. habent *ῥοιτείαν.* Verum nobis praesto est testis his omnibus par auctoritate Laurentianus: qui cum servaverit illud ipsum *Βρυτίαν*, ego non dubitem restituere.

XIV 6, 8 L. solus recte habet *μὴ ὄντων πλησίον οἰκημάτων*, F. M. absurde *ἢ ὄντων*, quod quidem iam Vindob. 49 librarius et omnes editores correxerunt.

IX 6, 2 denique F. H. inepte tradunt *ἔνια τὸ*; quod habent M. P. *ἐνίοτε δεῖ* malam esse coniecturam, quam fecit horum archetypi communis librarius, apparet; nam Ni. in adnotatione recte e Colum. V 9, 7 emendat *ἐνιαυτῷ*: cui nunc testis exsistit Laurentiani *ἐνιαυτὸ.*

Ceterum vel huius scriptori cave ne nimiam fidem habeas. Neque enim dubium est, quin nonnullos locos corruptos ipse suo Marte emendare conatus sit. Velut XII 20, 2 F. H. M. verba *μετὰ ξηρῶν ῥόδων*, quae testatur Pallad. IV 9, 6 et Vind. int. Syr. XII 18, cum in suo, puto, archetypo *ξυρῶν* invenisset, in *μεταξὺ τῶν ῥόδων* mutavit, quod idem excerptor P. fecit, sed eiecto articulo *τῶν*. Item XIII 1, 1 cum in archetypo suo pro verbo *ἀποδίωξιν*, quod recte habet M., item ac F. H. *ἀπόδειξιν* vel quid aliud eiusmodi invenisset, non ut illi vocem ineptam servavit, sed in *ἀποτροπήν* mutavit. Omnino quidem eum id studere, ut quae recipit auctoris referat verbis, cum ex multis lectionibus omni ratione carentibus velut XII 27, 2 *γελίνας* pro *ταινίας*, 29, 1 *ἀτημέλητον* pro *ἀνεπιμέλητον*, XVI 1, 1 *μετὰ νεωτέρας* pro *μήτε νεωτέρας*, tum inde efficitur, quod, si quid in archetypo suo legere non poterat, non ut P. V. totam omisit sententiam aut quidquam aliud interpolavit, sed ut M. H. verborum spatium in versu reliquit velut VI 14, 1 vocis *καλαμίνθης*, XII 30, 9 post *γίνεται* pro *γενέσθαι*, quod iam ipsum evanuisse verisimile est, verborum *ἐὰν ἐπὶ τῇ*.

Sed priusquam horum codicum qui proxime absit ab archetypo communi, perpendere pergam, finienda mihi est codicum enumeratio eo, quem unum repperi Laurentiano affinem. Sunt

Vaticanus 573. autem excerpta nonnulla, quae codice Vaticano 573 e variis laciniis et membranaceis et chartaceis compacto inter diversissima in ff. chart. 109 et 110 traduntur. Quae ut sunt paucissima, ita ubi librarius non mutavit verba brevitatis causa, adeo congruunt cum Laur., maxime IX 8, ubi *ἀπόκοψον* omittunt, XV 1, 28, ubi post *ἀναζῇ* (L. *ἀναζεῖ*) verba *δὲ πάλιν* inserunt, § 30 (29 Vat. om.), ubi habent *ἀλλ' ὁ μὲν ναστὸς περιαπτόμενος* (L. *περιαπτώμενος*) *τοῖς ἀνδράσι, συμβάλλεται αὐτοῖς περὶ τὴν σποράν· ὁ δὲ κοῦφος περιαπτώμενος* (Vat. om. *περιαπτόμενος*) *ταῖς γυναιξὶ τελεσφορεῖ τὰ κυοφορούμενα*, M. *ἀλλ' ὁ μὲν κοῦφος περιαπτόμενος ταῖς γυναιξὶ τελ. τὰ κυοφ., ὁ δὲ ναστὸς περιαπτ. τοῖς ἀνδράσι συμβ. αὐτοῖς | περὶ τὴν σποράν*, F. H. ut ed. *ἀλλ' ὁ μὲν ναστὸς* (H. *ἀστὸς*) *περιαπτ. ταῖς γυναιξὶ τελ. τὰ κυοφ.* omissis verbis Laurentiani *τοῖς ἀνδράσι — περιαπτώμενος*, ut Vatic. e Laur. excerptus esse videatur. Cui cum inscriptum sit *Φλορεντίου ἐκ τῶν περὶ φυτικομίας καὶ γεωργίας*, non dubito, quin sit ille Florentini de plantatione et agricultura liber a Gesnero et Camerario commemoratus; cf. Ni. annotat. 8 in Ne. Pro-

legomena. Quamquam excerptor primo loco non posuit caput Geoponicorum e Florentino haustum, sed IX 8 *ἐλαίαν πολύφορον ποιῆσαι· ἀφρικανοῦ*. Ultimo Geop. fragmento X 36 *ἀφρικανοῦ· ὡς εἰπεῖν τὸ ποσὸν τοῦ καρποῦ τῶν ῥοιῶν* continuo haec addit sine titulo: *Τὸ ἄνθος τῆς ἰτέας εἰς ὕδωρ ἀποτριβὲν ἐὰν ποθῇ, πᾶν ὅσον εἰς ὀχείαν ἀναζῇ καὶ ἐρεθισμοὺς* ‖ *κατασβέννυσιν, ἕως ὅτου εἰς ἄρδην ἀποστειρώσῃ, καὶ ἄγονον ἀπεργάσηται πᾶσαν τὴν ἐπὶ παιδοποιίαν φοράν· ἐν τύπῳ γὰρ τῆς παρθενίας πανταχοῦ παραλαμβάνουσι τὴν ἰτέαν, αἱ θεῖαι γραφαί. Ἐκ τῶν αἰλιανοῦ περὶ ζώων ἰδιότητος*: Inter ea quae iam sequuntur ex Aeliani de natura animalium libris excerpta, etiam traduntur, quae hic de salicis vi IV 23 narravit eis, quae in Geop. XI 13 leguntur, similia: ergo quae hic rettuli neque ex Aeliano neque e Geop. sumpta sunt. 110 ‖ 111

Haec sunt omnia, de quibus audivi, Geoponicorum exemplaria praeter duo Escurialensia, quorum Needhamius in praef. p. XVII, et unum Moscoviense, cuius Athanas. Schiada in catalogi codd. Graec. Bibliothecae Synodi Moscoviensis a. 1723 pag. 84 meminit, quae omittere constitui. Etenim iam tantum operae temporisque in codicibus vilibus absumpsi, totiesque me frustrata est fallax eorum species, ut iterum differre editionem codicum tam longinquorum tamque incertorum causa non ausim. codd. Escurialenses. Moscoviensis.


Iam quae intercedat ratio inter Marciani et Palatini, Laurentiani, Florentini et Cottoniani et Harleiani eiusque sociorum archetypos, quaeramus. Nam F. C. H. cum suis quin e communi manaverint fonte a M. P. et L. archetypis diverso, dubium non est cum aliquot locis in eis solis omissis velut II 5, 2. VI 5, 2. XV 1, 30 (ex C. ut fragmento brevissimo nullum exstat exemplum) tum multitudine mendorum ipsis propriorum, e quibus haec proferam etiam in C. occurrentia: III 4, 2 *κόψαντες* pro *κόψαντας*; IV 8, 5 *ἐξαδροῦται* pro *ἐξυδαροῦται*, P. *ἐξυδατοῦται* et in mg. m. rec. *ἐξαδροῦται*, quod quamquam a Ni. receptum in hunc locum non quadrat; neque enim elanguescendi, sed percoquendi et corroborandi vim habet; 14, 1 *σχίσας* pro *σχίσαι*; 15, 15 *δήσαντες* pro *δήσαντας*; § 17 *τρυπήσας* pro *τρυγήσας*; V 43, 4 *ἐντροπίαν* pro *ἐκτροπίαν*; VI 2, 1 *ἀνατολὰς* pro *ἀνατολὴν*; 11, 5 *ἐπειγομένους*, C. *ἐπιγομένους* pro *ἐπιγινομένους*; VII 20, 1 *τῷ κάβῳ*, L. *τῷ κωκάβω*, M. P. *τῷ καλάμω* pro *κακάβῳ*, cf. VIII 25, 1. Contra neque horum archetypo (a)

cum Marciani Palatini archetypo (*α*) aut cum Laurentiano neque huic cum *α* communem esse parentem a tertio archetypo differentem inde consequitur, quod nusquam cognoscas certam atque constantem inter duos vitiorum aut virtutum communionem, verum modo huius modo illius lectioni meliori repugnat commune reliquorum testimonium; cf. II 26, 6 *ἀδικήσουσι· [καὶ ὅταν πάντα ἀλοηθῇ, καὶ τότε δεῖ βρέχειν τὴν ἅλω, ἵνα καθαρὰ διαμείνῃ χωρὶς τῆς ὕλης·] τὰ δὲ*; XIV 6, 6 *κίονας [τὸν ἀριθμὸν ὀκτώ· ἄλλοτε δὲ πλείονας] πρὸς τὸ μέγεθος* et *κεφαλίδων [ἐπίστυλα λίθινα — λιθίνων] ἐπιστύλων ξύλινα*; XVIII 2, 7 *τῆς δρόσου [κειμένης — τῆς δρόσου] διαλελυμένης* omissa a. et L., servata *α.*, et XI 18, 15 *σύμμαχον [καὶ πρὸς ἕτερα πλείονα εὑρίσκεται χρησιμώτατον.]*; XVI 21, 10 *οὔρῳ παλαιῷ θερμῷ [μετὰ ἁλῶν περισπογγίσας, καὶ ἐπιμελῶς ἐπίσταζε παρατρίβων σιδήρῳ θερμῷ] στέαρ*; XVIII 2, 3 *ἀγέσθω: — [Ἑκάστοτε δὲ ἐκ τῶν δυσχειμέρων τόπων εἰς τοὺς θερμοτέρους μεταγέσθω·]* om. a. *α.*, serv. L.

Tres igitur sunt codicum stirpes diversae pari auctoritate, unde omnia manarunt exemplaria: cf. codicum stemma in folio singulari disputationi additum.

Quodsi archetypi verba restituere conamur, satis est congruere M. F. L. Nam quamvis arrideant peculiares codd. P. vel b. (d.) lectiones, velut ante II 6, 27 codd. d titulum inserunt *ὁποῖον ἕκαστον τῶν φυομένων ἔχει τὸ εἶδος.*, tamen tres librarios diversos eodem loco idem peccasse adeo non est verisimile, ut etiam ubi M. F. L. lectionem corruptam esse apparet, si illi tradant meliora, coniecturam esse librarii censendum sit; cf. XV 5, 1 M. F. L. *μηνὸς μαΐου τοῦ μηνὸς κατ' ἀρχάς*, P. om. *τοῦ μηνός*.

Sine dubio igitur in archetypo communi I 5, 5 fuit *ἀπὸ τῆς ἑβδόμης τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἕως τῆς ιδ' τοῦ αὐτοῦ μηνός*, quod Needh. in *τῆς θ'* mutavit, qui dies est quadraginta martyrum. At cum non de illo uno die agatur, quid enim tum auctor pergeret, *κατ' ἐκείνας γὰρ τὰς ἡμέρας*? sed de dierum serie cum illo facto cohaerente, quid magis arrideat hebdomade? Quare hic ut nihil mutandum esse censeo, ita non satis possum mirari, quod barbarum illud *παγανοῖς* sententiae sequentis adhuc in editionibus fertur, cum Needhamio veram lectionem in codicibus suis praesto fuisse constet idemque in adnotatione historiam tradat his verbis: passi sunt corporibus . . . balnei f r i g o r e torpentibus. Codices enim praeter Vindob. 49 omnes tradunt *τοῖς*


A
Archetypus omnium
a
Palat. Marc. archet.
a
Flor. Cott. Harl. archet.
L
Laurentianus XXVIII 23.
P
Palat. 207.
M
Marcian 524.
F
Flor. (Laur.) XXXII 59.
b
Cott. Harl. arch.
Vatic. 573.
Barocc. 54 Harleian. 5726.
C
Harl. 1868 = Cotton. mutilus Needh.
d
Harleiani 5604. et sociorum arch.
Par. 1995
Chelt. 6762
Sarac.
Vindob. 49.
Taurinensis
Guelferb.
Par. 1993.
Vindob. 49. m. 2.
Cantabrigiensis
Par. suppl. 259.
Pal. 109.
Bar. 54. m. 2 et 3.
Harl. 5726. m. 2.
Chelt. 1574.
Par. 1603.
Neap. 309.
Par. suppl. 452.
Vindob. 137.
Burnei. 124.
Vatic. 215
H
Harl. 5604 = Folio Ne.
Bodleian. 92. = Long. Ne.
Bodleian. 92. = Bodl. Ne.
V.
Vindob. 112.
Vatic. 216.
Chelt. 1565.
Marc. 294.
e
Parisin. 2313.
Harl. 1686 = Voss. Ne.
Neap. 308.
Aurogalli (Conarii) codex.
Chelt. 1323.
Paris. 1904.
?
Palatinus 400.
Cheltenhamensis 1581.

πάγοις παραδοθέντες, i. e. frigoribus traditi. Quod Vindob. 137 post μάρτυρες addit οἱ ἐν σεβαστεία, cum ceteri codd. taceant, e margine videtur irrepsisse. In fine denique pro ἤθλησαν restituendum est ἐμαρτύρησαν; quamvis enim placeat Niclasii nota magisque sit probabile verbum ἐμαρτύρησαν pro ἤθλησαν irrepsisse quam hoc pro illo, tamen vincitur omnium codicum praeter Vind. 49, Cantabr. Pal. 400 testimonio.

I 14 § 1 et 2 e Vind. 49 Guelf. in editiones receptae eiciendae sunt et Long. Bod. verba restituenda, quae in L. servantur, in F. M. quamvis deleta facile recognoscuntur.

Plane delenda sunt II 28 verba ἔνιοι — λειώσουσιν e Vind. 49 mg. in edit. Basil. recepta, quae iam Ne. uncis circumdedit.

V 15 tit. emendandum est Φρόντωνος; nam soli Vi. 49 Pal. 109 Guelf. Φλωρεντίνου receperunt e cod. Florentini margine, in quo Φλωρεντῖνος in fine c. 14 laudatus repetitur. Item XVII 8 tit. adde Διδύμου pro τοῦ αὐτοῦ.

V 16, 2 cum M. F. L., ad quos accedit Cott., scribendum est τὸ γὰρ ἐπὶ μιᾶς ὁρμεῖν σφαλερόν. Ne. Ni. ex H. P. dederunt ὁρμᾶν, sed P. ipse in margine habet: ἀγκύρας δηλ(ονότι); miror, quid suppleverint editores. Cum porro ὁρμεῖν in proverbiis cum praepositione ἐπὶ c. gen. vel dat. iungatur, velut Demosth. p. 1298, 28 ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν ὁρμεῖν (alia quam hic vi), Plut. Solon. 19 ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς ὥςπερ ἀγκύραις ὁρμεῖν, Dem. p. 319, 18 οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς (sic sine substantivo!) ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς, ad ὁρμᾶν scribendum erat ἐπὶ μίαν.

Multi sunt loci his similes; verum illi quidem, ubi primum in lucem prodierunt, ipsi se defendunt atque eis, quibus F. L. M. discrepant, multum cedunt numero.

Ex his rursus sint faciliores ei, quibus duo codices congruunt, tertius ab eis discrepat: qui plerumque illorum testimonio vincitur. Velut II 10, 8 F. M. (γῆν) ἀνεπιτηδείως ἔχουσαν πλὴν τῶν φοινίκων, οὓς καλλίστους καὶ πολυκάρπους φέρει, L. πλὴν τῶν φοινίκων τοὺς κλάδους καὶ τοὺς καρποὺς φέρει; V 7, 2 F. L. τῆς ἀνορυγείσης γῆς, M. ἀνοιγείσης; 25, 3 F. M. οὗτος ἐὰν μὴ φθάσῃ ἐξαρκεῖν, L. glossam substituit ἐὰν δέ τις μὴ φθάσῃ σκάψαι τὸ ὅλον; VI 11, 5 L. M. ἐπιγινομένους, F. ἐπειγομένους; VIII 34, 1 F. L. ἔμπασον, M. ἔμβαλον ut saepius pro ἔμβαλε, quod emendavit excerptor P.; XIII 4, 1 F. L. παραβληθέντος, M. παρατεθέντος; 15, 11 F. M. πλησθεῖσαι, L. πλεῖσται, rur-

sus F. L. καταδύνουσιν, M. καταδάπτουσιν; XIV 8, 1 F. M. ὀρνιθίων πτερὰ et τὰ ᾠὰ μὴ συγκρουσθῇ πρὸς ἄλληλα, L. ὀρνίθεια πτερὰ et μὴ τὰ ᾠὰ συγκρ. πρ. ἀλλ.; XV 2, 11 M. L. αὐτὰς δεῖ φυλάττειν, F. αὐτὰς διαφυλάττειν, cui editores et codd. deteriorum librarii addiderunt χρή.

Verum non semper res est tam manifesta: interdum enim duos congruere vitiis, tertium meliora reddere iam vidimus: qui loci si omnes tales essent qualis XVIII 2, 1 ubi in M. est καὶ τὰ ἐδάφη δὲ τούτων κεκλιμένα λίθοις τε καταστρωθέντας (F. καταστορεσθέντας, scil. τοὺς σηκούς, L. λίθους τὲ κατεστορεσμένους) ὁμαλιστέον· εὐθέως | τε τὸ οὖρον ἐξοχετευτέον· (2) τακτέον δὲ commendatum verbis Vindanionii Syriaci XIII 48 καὶ τὸ ἔδαφος αὐτῶν ὁμαλιστέον λίθῳ, ὅπως τὰ οὖρα αὐτῶν καταβαίνωσιν, cum in F. L. εὐθέως — ἐξοχετευτέον formarum similitudine exciderit, aut VII 34, 2, ubi librarius F. cum Plutarcho (Symp. III, 3) dicit γυναῖκες δὲ ἀμεθυστότεραί εἰσὶ τῶν ἀνδρῶν, L. M. εὖ pro ἀ legentes contrarium contendunt, satis haberemus eos emendasse; ut enim diversos librarios eisdem locis eadem peccasse mirum est, ita hoc fieri potuisse quis est qui neget? Atqui aliis locis vitiosorum codicum consensum ego explicare nequeo, nisi si vitium iam in archetypo fuerit communi; in his est II 10, 6 F. M. ἀλισχοίνων, L. ὁλοσχίνων pro ὁλοσχοίνων, mox F. L. καλάμου πλωτοῦ, M. recte καλάμου ἢ λωτοῦ, cf. Löw, Aram. Pflanzenn. p. 166; V 1, 2 M. (ἐπιτηδεία ἀμπέλοις γῆ ἡ μελάγγειος) ἡ γὰρ τοιαύτη δεχομένη τὸν ὄμβρον οὔτε πάνυ αὐτὸν κάτω πέμπουσα ἀπόλλυσιν, οὔτε ὑπὲρ αὐτῆς ἐπιπόλαιον τὰ ὕδατα κατέχει, ἄνωθεν γὰρ κατεχόμενον τὸ ὕδωρ σήπει τὰ φυτά, F. L. inepte κατερχόμενον; XII 4, 4 L. τὰ αὐτὰ ταῖς ῥηθείσαις (scil. κόπροις) παρέχειν δυναμένη, F. M. τὰ τοιαῦτα τοῖς προειρημένοις π. δ.; XV 2, 33 L. ut Vindan. Syr. XIII 2 περικαθημένας et προσπετομένας, F. M. perverse περικαθησθώσαν (F. περικαθίστωσαν, sed H. ut M. P.) et προσπετάσθωσαν; § 37 M. ut ed. ἐκπετάσωσιν, sed F. ἐκπετάσῃ μύουσιν, L. εκπετασιυύουσιν; XV 5, 5 M. χρὴ δὲ καπνῷ βολβίτου προαπελαύνειν αὐτάς· ἢ μαλάχης ἀγρίας ἄρρενος, ἣν δενδρομαλάχην καλοῦσι, (6) χυλῷ δεῖ χρίεσθαι τὸν τρυγῶντα διὰ τὰ δί(l. δή)γματα· recte, F. καλοῦσι· χυλῷ δὲ χρίεσθαι τὸν τρυγῶντα δεῖ διὰ τὰ δήγματα, idemque in archetypo suo invenisse L. librarium censeo; nam quod post δεῖ tradit τίλεως, videtur ipse addidisse eadem de causa, qua editores cum cod. Vindob.

49 post *δὲ* pronomen *αὐτῆς* inseruerunt. At tum tertii codicis librarius unde sumpsit sua? Dixerit aliquis illum suo Marte verba emendasse, quod omnium fere codicum librarios interdum fecisse haud pauci loci doceant; cf. praeter eos, quos supra de L. attuli, de M. I arg. *περὶ ἐπιτολῆς καὶ φάνσεως φανερῶν ἀστέρων* pro *π. ἐπιτολῆς καὶ δύσεως φανερῶν ἀστ.* F.; II 4, 1 *τρύφαλλος* pro *τρίφυλλος* F. L.; de F. (a.) I 8, 12 *οἴνου πολλὴ φορὰ* pro *οἴνου εὐφορία* (L. *ἐφορία*) *πολλὴ σφόδρα* L. M.; II 3, 5 *στυγηρὰς* pro *πνιγηρὰς* L. M. et H.; de P. II 9, 2 *ἡ πυρρὰ καὶ ἰλυώδης* pro *ἡ πυρρὰ καὶ ἡ ποταμόχωστος*, (M. *ποταμοχ..*$\overset{o}{\tau}$) *ἣν ἰλυώδη προσαγορεύουσι* F. L. M.; XII 17, 5 *ποδαλγίαν* pro *ποδάγραν* F. L. M.; de H. I 1, 6 *θερινὴ* pro *χειμερινή*, quod F. servavit, postquam solstitii hiemalis dies cum aestivi nomine soni similitudine in archetypo communi excidit; nam quod Niclasius contra dicit *χειμερινοῦ* additum esse a librariis, quibus aliquid deesse visum esset et *τῶν δὲ τροπῶν ἡ μὲν θερινὴ κτλ.* opponi verbis in fine capitis additis *ἡ δὲ τῶν Βρούμων ἑορτή κτλ.*, quamobrem hunc diem esse solstitii hiemalis contendit et *δεκεμβρίων* in *ἰαννουαρίων* mutat, haud scio an refutatione opus non sit; V 18, 1 H. recte *κόπτοντες*, sed F. C. M. P. *κύπτοντες*.

Cui quominus ubique assentiar, aliquot prohibeor locis, unde in archetypo communi duas fuisse lectiones colligo.

Ac primum quidem VI 14 in M. P. sic legitur: *Γλεῦκος μὴ ὑπερχεῖσθαι. Φλωρεντίνου. Τέφραν γλήχωνος* (P. de more *γλίχ.*) *ἢ καλαμίνθης ἢ ὀριγάνου τοῖς τραχήλοις τῶν ἀγγείων περιθῶμεν· εἶτα ἔσω περὶ τὰ χείλη τῶν πίθων τῇ . .* (hic M. dimidium versum vacuum relinquit) *. . ἄλλοι δὲ πιμελῇ* (P. *περιθῶμεν· ἄλλοι δὲ* continuo) *ταριχηρᾶ ἔνδοθεν τὰ χείλη διαχρίουσιν* (P. *περιχρίουσι*)*· ἄλλοι τυρῷ βοείῳ· καθέξει γὰρ εἴσω ζέον τὸ γλεῦκος τοῦτο μάλιστα*: —; contra in F. H. C. traditur *Στέφανον γλήχωνος* (F. de more *γλίχ.*), post *περιθῶμεν* (C. post *ὀριγάνου* omissis verbis *τοῖς τρ.* — *περιθῶμεν*) pergitur: *τινὲς δὲ τὰ ἔσω τῶν πίθων περὶ τὰ χείλη διαχρίουσιν* (sic addito *ν* quod vocant *ἐφελκυστικόν* F; at H. C. *περιδιαχρίουσι*) *τυρῷ βοείῳ*, in fine deest *τοῦτο μάλιστα*; itemque habet L., nisi quod in titulo est *Ὥστε γλεῦκος μὴ ὑπερεκχεῖσθαι*, in ipso capite *Στέφανον γλιχῶν· ἢ . .* (tertia versus parte relicta) *. . ἢ ὀριγάνου* et *διαχρίουσι*. Cum his conferendum est Vind. Syr. VIII c. 30, cuius verba si recte intellexi, haec fuerunt in eius exemplari

Graeco: *Ὥστε μὴ ἐκχεῖσθαι τὸν νέον οἶνον, ὅταν βληθῇ εἰς πίθους. Ὅπως μὴ ἐκχέηται τὸ γλεῦκος* (musṭrīn) *ἐκ τῶν πίθων,* [*στέφανον* deest in versione] *γλήχωνος* (d^{e}χaravjå cf. Löw, Aram. Pflanzenn. p. 207) *ἢ ὀριγάνου ἢ καλαμίνθης ποταμίας* (qūrnīϑå d^{e}nahrå cf. Löw p. 329. 330) *τῷ τραχήλῳ τοῦ πίθου περίθες ἔξω περὶ τὰ χείλη αὐτῶν· καὶ ἐν τούτοις τοῖς γύροις* (*πίθοις* vel *στεφάνοις*? b^{e} hūn b^{e} χerkē) *σπόγγιζε τὰ χείλη αὐτῶν· ἄλλοι δὲ πιμελῇ* (apsūngīn corruptum pro aksūngīn = axungia) *χρίουσι τὸ χεῖλος τοῦ πίθου ἔσωθεν· καὶ ἄλλοι τυρῷ βοείῳ· κάλλιστα ποιεῖ.* Quae quamvis sint corrupta, hoc tamen patet, codicibus M. P. inde a *περὶ τὰ χείλη* usque ad *πιμελῇ ταριχηρᾷ* servari vestigia pristinae huius capitis formae reliquis omissa; in quibus si deessent verba *περὶ τὰ* [*χείλη τῶν πίθων — τὰ*] *χείλη διαχρίουσιν,* non videretur mirum: verum F. L. et in reliquis inter se congruunt, a M. differunt, neque omnia illa M. verba omittunt. Ac *στέφανον* quidem non dubito quin F. L. recte servaverint, M. P. librarii corruperint in *τέφραν* ex archetypi sui forma [*Σ*]*τέφ^{α}νον,* cuius *Σ* rubricator omiserat; *ν* pro *ρ* putaverunt, ideoque *α* non ut debebant ante *ν* inseruerunt, sed substituerunt litterae *ο* loco; item dixerit aliquis verbis *τινὲς δὲ τὰ* et *ἔσω τῶν πίθων περὶ τὰ χείλη* F. L. ob eam causam congruere, quod antiqua sint, M. P. lectiones *εἶτα* et *ἔσω περὶ τὰ χείλη τῶν πίθων* inde natas esse, quod in horum archetypo *τινὲς δὲ* sicut verba post *τῇ* sequentia evanuerit, *τῶν πίθων* a librario omissum in margine suppletum sit. At cur F. L. omiserunt etiam *ἄλλοι* post *διαχρίουσιν*? quod et Vind. Syr. servat et requiritur Florentini forma *διαχρίουσιν.* Quod vero mihi videtur gravissimum esse: pro M. F. L. *διαχρίουσι(ν)* legitur P. *περιχρίουσι,* C. H. *περιδιαχρίουσι*: hoc a me impetrare non possum, ut casui tribuem, sed utrumque persuasum habeo in omnium archetypo A. fuisse ita, ut verbo *διαχρίουσιν* in margine adderetur *περι*; quod librarii F. L. M. neglexerunt, P. pro *διὰ* substituit, qui C. H. archetypum b. scripsit, cum voce *διαχρίουσι* coniunxit. Quodsi in hoc verbum corruptela a margine irrepsit, quin item statuimus verba illa *περὶ τὰ* [*χείλη* (*τῶν πίθων*) — *τὰ*] *χείλη διαχρίουσιν* itemque *ἄλλοι* non casu et in a. et in L. deesse, sed ideo, quod ab archetypi communis A. librario in margine suppleta erant?

Qui postquam, sicut in F. L. est, *περὶ τὰ χείλη διαχρίουσι(ν)* exaravit, *τὰ χείλη — ἔνδοθεν* se omisisse sensit, margini adscripsit; tum haud scio an *περὶ τὰ χείλη* et *τὰ χείλη* iterum confundens post *ἔνδοθεν* perverse addiderit *περὶ* statimque expunxerit: ita enim facillime intellegam, cur non modo F. L. librarii, qui omnia quae in margine erant, praeterierunt, sed etiam M. hanc vocem neglexerit. Hac emendatione cum animus eius avocatus esset a continuo verborum ordine, facile fieri poterat, ut reversus eo, unde digressus erat, omitteret vocem *ἄλλοι* itemque in fine *τοῦτο μάλιστα,* quocum conferas Vind. Syr. *κάλλιστα ποιεῖ.*

Pariter res se habet X 66 § 2, quae in M. P. sic traditur: *Τὸ αὐτό φησι καὶ Φλωρεντῖνος συμβαίνειν καὶ ἐπὶ ἀμυγδαλῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἀκροδρύων καὶ τῶν ἐχόντων ἔξωθεν ἔλυτρον τοῦτον τὸν τρόπον φυτευομένων. σποδοῦ δὲ τῷ στελέχει καὶ ταῖς ῥίζαις συνεχῶς περιχέουσιν:* ∾ (*—σι* P.); at F. H. L. post *ἀμυγδαλῆς* (L. *ἀμυγδάλου εἰ*) sic pergunt: *σποδὸν τῷ στελέχει — περιχέουσιν* (H. *— σι,* L. *περιχέει τις*) *καὶ τῶν λοιπῶν ἀκροδρί*(L.*ι*)*ων τῶν — φυτευομένων:* ∾ Neque hic quidem a. et L. librarios sponte idem peccasse quisquam mihi persuadebit, sed ambo pellecti sunt archetypi A. vitio, cuius librarius aut *καὶ τῶν λοιπῶν — φυτευομένων* aut *σποδὸν τῷ — περιχέουσιν* margini adscripserat.. Hoc magis probo: cum enim verbis *τὸ αὐτὸ* ad rationem iam descriptam reiciamur, verbis *σποδὸν κτλ* nova adiungitur curatio iam 64, 3 iisdem verbis relata, nisi quod ibi in codicibus *περιχέων* pro *περιχέουσιν* est; quare ego censeo A. librarium verba *σποδὸν — περιχέουσιν* (vel *περιχέων*?) sponte e 64, 3 in mg. repetivisse, *εἰ* et *περιχέει τις* (L.) itemque *σποδοῦ δὲ* (*α*) et fortasse etiam *περιχέουσι(ν)* singulorum codicum librarios coniecisse, ut verba a margine recepta cum reliquis melius coniungerentur. Ex Vind. Syr., qui X 11 Geop. X 64, 1; 2. 66, 1. 64, 3 tradit, cogere non licet, quia etiam *τὸ αὐτὸ — φυτευομένων* omittit.

Rursus quae deinceps huc attinet XIII 14 § 4 paene sola ex universo capite servatur Vind. Syr. VII 22 his verbis: *Περὶ κόρεων. Τὰς κόρεις διαφθερεῖς, ἐὰν χολὴν ταύρου εἰς ἀμόργην καὶ ἔλαιον βάψῃς καὶ χρίσῃς τὰς κλίνας· ἢ φύλλα τῆς ἀμπέλου, ἣ καλεῖται κισσὸς, λειώσῃς καὶ βάλῃς εἰς ἔλαιον καὶ ἀλείψῃς τὰς κλίνας.* quibus respondent, quae tradunt M. P. *ἢ κισσοῦ ἢ καππάρεως φύλλα λειώσας σὺν ἐλαίῳ τὴν κλίνην ἀλείψῃς;*

at L. habet *φύλλα λύσας ἐλαίῳ* et *ἀλείψεις*, F. H. *φύλλα καὶ λύσας* et omnes *τὰς κλίνας* ut Vindanionius. Sine dubio qui scripsit F. H. archetypum, in exemplari suo invenit aut superscriptum aut in mg. additum *ὢ* (= *ἢ*) *λύσας*, quod male intellectum pro *λειώσας* substituit. Atqui si in unam codicum familiam vocem *λύσας* non simplici mendo, sed glossemate irrepsisse constat, quis codicis L. vitium contendat sponte natum esse? Immo vero qui conscripsit eius archetypum eandem notam invenit in archetypo communi A., sed illud *ὢ* omisit, sive quid vellet perspexit, sive ad reliqua non quadrare sensit. Praepositio *σὺν* utrum in a. L. una cum verbo *λειώσας* perierit, an in *α* interpolata sit, cum utriusque constructionis exempla in Geop. ipsis adsint, velut X 90, 1 *μεθ' ὕδατος λειώσας*, XVIII 11, 1 *λειώσας ὕδατι*, dubitari potest.

Minus premo, quod XIV 16, 3 praeter alia diversis codicibus varie tradita M. P. *δυσκαταγώνιστοι*, F. L. *δυσανταγώ-ν*(F. *μ*)*ιστοι*, H. Vindob 112 *δυσα*(H. *σα* in ras.)*καταγώνιστοι* habent. Quod tametsi facillime explicatur, si in A. eiusque apo-

κα

grapho a. *δυσανταγώνιστοι* fuisse statuimus easque litteras *κα* a librariis F. L. sicut notas VI 14, 2 neglectas esse, ab *α*. itemque perverse ab H. pro correctione receptas, tamen differentia minor est quam ut eius modi errorem in eodem vocabulo a diversis librariis committi potuisse negaverim.

Sequitur XV 1, § 30, quae est gravissima; quam F. H. tradunt sic: *Ὁ αἐτίτης λίθος δύο φύσεις ἔχει· ὁ μὲν γάρ ἐστιν ἀστός* (lege *ἐστι ναστός*) *καὶ στιβαρός, ὁ δὲ ἀραιὸς καὶ διάκενος· ἀλλ' ὁ μὲν ναστὸς* (H. *ἀστὸς*) *περιαπτόμενος ταῖς γυναιξὶ τελεσφορεῖ τὰ κυοφορούμενα:* ~ Hic aliquid excidisse, quod verbis *ὁ μὲν ναστὸς κτλ.* respondeat, quis non videt? Et addit M. *ἀλλ' ὁ μὲν κοῦφος περιαπτόμενος ταῖς γυναιξὶ τελ. τὰ κυοφ.· ὁ δὲ ναστὸς περιαπτόμενος τοῖς ἀνδράσι συμβάλλεται αὐτοῖς περὶ τὴν σποράν:* — Plane eadem, sed ordine inverso L.: *ἀλλ' ὁ μὲν ναστὸς περιαπτώ*(l *ό*)*μενος τοῖς ἀνδράσι, συμβ. αὐτ. π. τ. σποράν. ὁ δὲ κοῦφος περιαπτώ*(l. *ό*)*μενος ταῖς γυν. τελ. τὰ κυοφορούμενα:* — Huius paragraphi partem in A. margine suppletam fuisse ideoque non solum in a. omissam verum etiam aut in M. (*α*.) aut in L. loco perverso receptam esse patet. Quorum uter ordinem servaverit si quaerimus, proficiscendum nobis erit ab F. H. Ibi coniungitur *ναστὸς* cum verbis *ταῖς γυναιξὶ κτλ.*,

cum et M. et L. ad *τοῖς ἀνδράσι κτλ.* referant; inter *ναστὸς* et *ταῖς γυναιξὶ* igitur a voce *περιαπτόμενος* bis occurrente ortum est vitium. Atqui si *ναστὸς* in F. H. archetypo a. citra corruptelam fuit, necesse est hoc etiam in communi archetypo A. sicut in ea quae antecedit sententia priorem locum tenuisse: itaque L. librarius verba *περιαπτόμενος τοῖς ἀνδράσι συμβ. αὐτοῖς περὶ τὴν σποράν· ὁ δὲ κοῦφος* illius margini adscripta suo loco recepit, M. ordinem turbavit. Quod vero hic nihilo minus sententia cum L. congruit, non, ut exspectares, *ὁ μὲν ναστὸς περιαπτ. ταῖς γυναιξὶ κτλ.* et infra *ὁ δὲ κοῦφος π. τοῖς ἀνδράσι κτλ.*, sic conicio, librarium M. vel potius *α.* primum item atque a. neglectis verbis in margine additis scripsisse *ἀλλ' ὁ μὲν ναστὸς περιαπτ. ταῖς γυναιξὶ τελεσφορεῖ τὰ κυοφορούμενα,* tum vero verba omissa cum animadvertisset, ne totum versum delere cogeretur, addidisse post *κυοφορούμενα,* ita tamen, ut supra voce *ναστὸς* in *κοῦφος* mutata, infra verbis *ὁ δὲ ναστὸς* ante cetera positis et fine *ὁ δὲ κοῦφος* omisso loci ratio atque sententia constaret.

Facilius emendantur XV 2, 35 et 36 Vindanionii ope; quae sic leguntur in F. H.: *δέος δέ, μὴ μεταβάλλω*(H. *ο*)*νται ἤδη τὴν τῶν μελισσῶν φύσιν διὰ τὴν πλείω σύγκλεισιν τοῦ σταβλίου κατὰ καιρὸν τὸν ἀέρα ὥσπερ πνιγμῷ διόλη*(H. *όλλη*)*ται.* Hunc locum emendantes editores cum non tantum *γὰρ* pro *δὲ* substituerent et post *ἀέρα* verba *μὴ λαμβάνοντος* adderent, sed etiam interpungerent post *σύγκλεισιν,* ante *σταβλίου* insererent *γάρ, διόληται* in *διόλλυνται* mutarent, in duas partes distraxerunt pessime; neque enim, ne apum naturam mutent bestiolae, id est ne ex vermibus apes fiant, metus est, sed ne, dum hoc fiat, suffocatione pereant. Rectius igitur sensit L. librarius, cum scriberet *δέος δέ, μὴ μεταβάλλοντες ἤδη τὴν τῶν μ. φύσιν, διὰ τὴν πλείω σύγκλη*(l. *ει*)*σιν τοῦ σταυ*(l. *β*)*λίου καὶ τὸ ἄκαιρον τοῦ ἀέρος ὥσπερ πνιγμῷ διολέσωμεν αὐτάς*; at hunc verba corrupta temere mutasse cum e forma *μεταβάλλοντες* — nusquam enim est substantivum masculinum, quo referri queat — tum ex M. P. cognoscas, in quibus haec sunt: *δέος γάρ, μὴ μεταβάλλοντα ἤδη τ. τ. μ. φ. διὰ τὴν π. σύγκλεισιν οὐ σπάσα*(P. *ο*)*ντα κατὰ καιρὸν τὸν ἀέρα ὥσπερ πνιγμῷ διόληται.* Haec ut *κατὰ καιρὸν τὸν ἀέρα* et *διόληται* in archetypo A. fuisse probant, ita ipsa non vacant suspicione interpolationis; ut enim genus neutrum referas ad vocem *ζῷα,* quae e § 32 mente possit repeti, unde habent a. et L. *τοῦ σταβλίου,* nisi fuit in A.? Ex hac dubita-

tione liberamur verbis Vind. Syr. XIII 2 *δέος γὰρ — μὴ διὰ τὴν πλείω σύγκλεισιν (αἱ μέλισσαι) ἀποστερηθῶσι τοῦ ἀέρος καὶ διόλωνται,* quibus nisus censeo *τοῦ σταβλίου* in A. margine voci *σύγκλεισιν* adscriptum et a librario *α.* merito neglectum in a. L. irrepsisse pro correctione verborum *οὐ σπάσαντα.*

Item § 37 e formis M. P. *ἐκπετάσωσιν,* F. H. *ἐκπετάση μύουσιν,* L. *εκπετασιμύουσιν* ita conicio, librarium A., cum verbo antecedente *διόληται* pellectus *ἐκπετάση* scripsisset, in margine addidisse *γρ(άφεται)ωσιν* vel aliquid simile.

Huc accedunt illi loci, quos in una familia recte servatos, in duabus plerumque iisdem verbis omissis corruptos esse invenimus, velut I 14, 8; II 26, 6; X 7, 8; XIV 6, 6; XVI 21, 10; XVIII 2, 1; 3; 7; quorum consensum antea, cum tractaremus singulos, casui dedimus: nunc, cum numerum eorum contemplamur aliisque locis archetypi A. marginem inscriptum fuisse notis statuimus, si non ubique at maxima ex parte ita ortum esse censebimus, ut verba illa duabus familiis neglecta iam in A. omissa sed in margine suppleta fuerint.

Neque vero ubique hanc causam fuisse discrepantiae libenter concedo; quare multum interdum interest scire, utrum aliis codicibus cum F. L. M. cognatis eadem quae his tradantur necne. Talis codicis M. veluti custos est P.; cum F., quia C. mancus est, conferre constitui H., non quod hunc potissimum optimum putarem omnium, verum quia, ut iam supra monui, omnium tantus est consensus concentusque, ut, qui ex reliquis melior sit, vix dici queat omnibus ad verbum collatis; codici L. comitem quem adiungam nullum habeo. Ceterum locis dubiis plerumque aut H. codicis F., item P. codicis M. lectiones confirmat aut in F. M. vitium tam est apertum, ut H. P. non opus sit: raro eorum testimonio res deciditur ut I 11, 2 L. M. H. *παραπνέοντας καὶ μεσάζοντας* (M. *-νας*) *αὐτόν,* F. om. *καὶ μεσάζοντας*; II 3, 5 L. M. H. *πνι*(L.*η*)*γηράς,* F. *στυγηράς*; 19, 1 L. H. *φρυνήλ,* M. idem sed erasum, F. *ῥαφαήλ,* sed item in rasura; V 43, 3 F. L. *διὰ τοῦ ἀέρος,* at M. P. H *διὰ τοῦ ἔαρος,* quod magis congruens est loci sententiae; XV 2, 1 L. M. P. H. *θάλπος ἔχωσι χειμῶνος,* F. *θάλπωσιν χειμ.* XVIII 14, 1 L. M. P. H. *Λύκους δὲ θηράσεις,* F. om. *δὲ,* cf. alia capitum initia velut XV 4, 1 *οὐκ ἂν δὲ φύγοιειν αἱ μέλισσαι* et XVI 2, 1 *τινὲς δὲ καὶ τοὺς ἑτεροφθάλμους*; rursus II 5, 2 F. L. P. *τουτέστι κατάξηρον καὶ γεγυμνωμένην,* M. om.; 25, 1 F. L. P. *ἄρχηται,* M. *ἄρχη.* Magis ex usu est praecipue H.,

ubi F. cum solo M. vel L. comparari potest aut unus est testis: cf. II 33, 5, ubi M. ἴπνοις, P. ἰπνοῖς, H. ἴπνοις et in mg. φούρνοις tradit, F. spatium vocis vacuum relinquit et in mg. habet ζήτει; V 2, 17, ubi M. P. C. H. κατασυρομένη habent, F. librarius voce praecedente καταφερομένων adductus καταφερομένη scripsit; XX 1, 1, ubi L. H. δεξαμενάς τινας ποιητέον, F. habet δεξαμενάς τε ποιητέον; porro VI 16, 6, ubi F. ἀλεξανδρῖνον, H. C. ἀλεξάνδρινον, P. ἀλεξανδρινόν tradunt, unus M. ἀλεξανδρικόν. Plane denique H. P. in F. M. locum substituendi sunt, ubi illi vitio peculiari deficiunt, velut I 14. 15. II 42, ubi F. rasuram passus est, XVIII 19, 2 — XIX 1, ubi M. folium perdidit.

Magnus vero est numerus eorum locorum, qui aut in omnibus codicibus verbis diversis traduntur aut iam in archetypo A. adeo corrupti fuerunt, ut, quid dixerit auctor, inde cogi nequeat. Nam I 12, 33 quomodo emendandum sit, facile intellegitur: ubi totius capitis ratio pro κριοῦ F. H. M. — L. P. deficiunt — χρόνου postulat; item XIV 22, 7, ubi codicum F. H. L. M. consensu probatur in A. bis fuisse ἡμερῶν, non, ut P. et Neap. 309 librarii recte coniecerunt, μερῶν. Nec minus facilis est expeditu X 37 § 1, ubi F. H. haec habent: εἶτα κατάγουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, (scil. τὴν ῥοιάν) οὐχ ἁπτόμενοι τοῦ ἐμφυλλισθέντος μέρους, ἀλλὰ τὸ κατώτερον τῆς ἀμόργης χωννύουσιν. Quae quo modo intellegenda sint, apparet, si mittis vocem ἀμόργης: sed partem inferiorem adobruunt. Subtilior quidem ratio postulat τοῦ κατώτερον, καὶ τοῦτο χωννύουσιν, et si τὸ ex τοῦ corruptum esse statueremus relicto κατώτερον adverbio velut II 6, 26 ἀποβάντες . . . κατώτερον et X 12, 3 ἐγκαθίσαι τὸ στέλεχος κατώτερον, satis defenderemur; sed tum etiam καὶ τοῦτο supplendum erat, neque quidquam necesse est mutari, quia Graeci saepissime hoc modo confundebant contraria. Τῆς ἀμόργης quidem ratione carere iam L. excerptor videtur sensisse, quippe qui ἐμφυλλίζουσιν ὡς ἐπὶ τῶν λοιπῶν δένδρων: ∽ scripserit, reliqua usque ad § 3 omiserit. De rebus enim liquidis non dici χωννύναι ut Germanice ‚schütten', sed χεῖν vel χρίειν, quodvis docet lexicon. Quare Needhamius Cornarii versionem: et amurca perfundunt atque sic adobruunt, secutus commendat τῇ ἀμόργῃ χρίουσι καὶ χωννύουσιν. Τῆς ἀμόργης mutare non erat necesse: satis commode enim coniungitur genitivus partitivus cum verbo χέουσι, quod excidisse non minus est probabile, vel χρίουσι; cf. IV 8, 5 τῆς ἀντιδότου ἐπιχρίειν

ταῖς ῥίζαις, VI 5, 8 *κονίας . . . ἐγχέουσι*, VII 8, 7 *ἐν τηγάνῳ . . . ἐπιχέουσι τοῦ οἴνου*, X 84, 5 *τοῦ ὀποῦ τὰ πρέμνα χρίσαντες*. Quod Needhamii consilium litterarum formis melius respondet quam Niclasii *μετὰ τῆς ἀμόργης* vel *μετ' ἀμόργης*. Neuter tamen, quid esset in vitio, recte perspexit. Neque ego repperi, dum X 77, 6 in F. Vindob. 49 Guelf. *ὑπεράνω τῆς ἀμόργης* pro *ὑ. τ. ἁρμογῆς* scriptum inveni. Scilicet hoc quoque loco librarius *ἀμόργης*, cum in Geop. saepissime usu veniret, sibi magis promptum mutavit voce rariore *ἁρμογῆς* servata illa quidem in M. P. eiusque apographo Barocciano 54, id quod Needhamium fugit, a me paulo post quam coniecturam feceram, cognitum est. Quam si restituimus, omnia quadrant: 'partem coniunctione inferiorem adobruunt'. Si quis adhuc dubitet, evolvat Vind. Syr. IX 18, quod quamvis corruptum tamen ipsum servat verba *τὸ κατώτερον τῆς ἁρμογῆς*. Ceterum haud multum defuit, quin ipse Niclasius invitus vera vaticinaretur. Etenim in adnotatione eius legimus typothetae vitio: *μετὰ τῆς ἁ μ ρ ό γ η ς* s. *μετ' ἀμόργης*.

Alios quoque locos emendare possumus Vindanionii Syriaci ope. Velut verba eius II 13 *παρθένος, ἧς ἡ ὥρα ἐστὶν* (*τοῦ συγγενέσθαι* scil.) *ἀνδρὶ* docent Geop. II 42, 3 cum H. tenendum esse *παρθένος ὥ ρ α ν ἔχουσα γάμου*, non ut habent F. restitutus et aliquot eius apographa, *αἷμα*. Quae sequuntur in H. verba *ἀνυπόδετος γυμνὴ μηδὲν καθόλου περικειμένη* illa quidem e Vindanionio defendere nequeo: nam ibi nihil est praeter kaḏ s^{e}mīṭa vaslīḥa, quorum neutrum inveni in Castelli lexico Syriaco de calceis dici proprie; verum cum in simili contra erucas medicina Democriti non solum Geop. XII 8, 5 sed etiam Colum. X 357 et XI 3, 64 et Pallad. I 35, 3 mulierem nudam pedibus habeant, et post *γάμου* in cod. F. ab eo, qui verba restituere conatus est, quattuor vel quinque litterae omissae sint, quod sequitur *οὔσης* ab illo male pro *ἀνυπ]όδετος* intellectum inde in codd. Vossian. Sarac. Palatt. 109 et 400 irrepsisse puto. At *λελυμένη* in eisdem et in ipso F. manifestum haud scio an rectum sit, *λελυμένας* H. corruptum verbis *τὰς τρίχας* similiter sonantibus eodem modo, quo *γυμνῆς* et *περικειμένης* F. propter *οὔσης*.

Item Vind. Syr. verba XI 4 *ὥσπερ οἱ ἄνεμοι οἱ σφοδροὶ καὶ λάβροι τοῖς παισὶν* (sic!) *ἐναντίοι, οὕτως οἱ εὔκραεῖς καὶ ἤπιοι ὡς πλεῖστον πᾶσι τοῖς φυτοῖς συμβάλλονται καὶ ἐξαιρέ-*

τως (*μάλιστα?* jaϑīrå'īϑ) *τοῖς φυτοῖς τῶν ἐλαιῶν* optime congruunt cum Geop. IX 3 § 5, ut in M. (Needhamium enim in Bar. 54 fugit, a Niclasio e P. citatur non accurate) legitur: *ὥςπερ γὰρ οἱ σφοδροὶ καὶ λάβροι ἄνεμοι τοῖς πᾶσιν ἐναντίοι, οὕτως οἱ εὐκραεῖς καὶ ἤπιοι πλεῖστον καὶ μάλιστα μὲν τοῖς πᾶσι φυτοῖς, ἐξαιρέτως δὲ τῷ τῆς ἐλαίας συμβάλλεται.* L. reddit *ὥσπερ οἱ σφοδροὶ καὶ λαῦροι τοῖς πᾶσιν ἐναντίοι γίνονται:* ↜, reliquum caput omittit. F. H. denique lectio vulgata est: quam corruptam esse vel ex eo patet, quod in F. parvum spatium relinquitur inter *ἄνεμοι* et *μάλιστα* punctis ·∴ expletum, cui additum est in mg. m. 1: *ζήτει.* Item L. librarium *γὰρ* et finem praeterisse, *γίνονται* addidisse ob eam causam videtur, quod illa aut intellegere aut legere non potuit. Quare ut hic rursus vitium ex archetypo A. fluxisse persuasum habeo, ita, quo modo singula F. H. verba explicem, dubito. Etenim si quid in illo sicut aliis locis propter verborum similitudinem omissum margini adscriptum erat, causam fuisse *τοῖς πᾶσι* atque ideo post *ἄνεμοι* in F. H. statim sequi *τοῖς πᾶσι,* reliqua cum M. congruere putes. An a. librarius ipse correctionem in mg. additam animadvertit, sed iam adeo evanuerat, ut inde nasceretur id quod hodie in F. H. legimus monstrum?

Ex eiusdem Vind. Syr. II 14 Lagardius ipse in Ges. Abhandlungen p. 138 correxit Geop. II 14, 3, ubi L. *καὶ ὁ οὐτίλλιος,* F. *καὶ ὁ οὐτίλλιος,* H. *καὶ οὐιτίλλιος,* M. *καὶ ὁ οὐιτίλλιος,* P. *καὶ ὁ οὐιντίλιος,* quod proxime abest a vero nomine *οὐιργίλιος.*

Contra Vind. Syr. III 15, quod totum exstat in Geop. I 7 a Bilfingero in Fleckeis. Jahrbb. 1884 VII p. 488 ad Plinium emendatum ita congruit cum aliquot codicum optimorum vitiis, ut ubique Bilfingeri rationes sequi non audeam. Etenim si semper rationem habes eius numeri, quo huius capitis auctorem (H. L. M. addunt *Ζωροάστρου*) usum esse Bilfinger l. l. demonstravit, qui est dodrans et semuncia horae,

die	hae veniunt: et crescente et decrescente: horae	unciae	contra hae sunt Vindanionii: crescente: horae	unciae	decrescente: horae	unciae	et Geoponicorum: crescente: horae	unciae	decrescente luna: horae	unciae
1. (16.)	—	9½	½	—	½	—	½	—	½	—
2. (17.)	1	7	1½	—	1	7	1½	—	1	17
3. (18.)	2	4½	2	4	2	—	2¼ [1]	—	2	4½
4. (19.)	3	2	3⅓ [2]	—	2	16	3⅓ [3]	—	3	3
5. (20.)	3	11½	3	6	3	16	3	16 [4]	3	16
6. (21.)	4	9	4	9	4	9	4	9	4	9
7. (22.)	5	6½	5	6	5	6	5	6½	5	6½
8. (23.)	6	4	9	4	6	4	6	4	6	4
9. (24.)	7	1½	7⅓ [2]	—	7	2	7	11½	7	11½ [5]
10. (25.)	7	11	7	11	7	11	7	11	7	11 [6]
11. (26.)	8	8½	8	8	8	6½	8	8½	8	8½ [7]
12. (27.)	9	6	9⅙ [8]	—	10	6	9½ [9]	—	9	9½ [10]
13. (28.)	10	3½	10⅙ [8]	—	10	11	10	16	10	16 [11]
14. (29.)	11	1	11	3	11	3	11	3	11 [12]	3
15. (30.)	11	10½	*ἀπὸ ἀνατολῆς (δύσεως) ἡλίου μέχρι δύσεως (ἀνατολῆς) ἡλίου*							

1) *τεταρτη*(F.o)*μορίου* 2) ḥedå men telaϑ deqaṭīntå 3) *τριτη*(F.o)*μορίου* 4) L. M. *ς'* 5) L. *ἕνδεκα μορίων* 6) L. om. *ἑβδόμης — νυκτερινῆς* relicto spatio unius versus et dimidii 7) L. *ςς' μορίων* 8) ḥedå men śeϑ deqaṭīntå 9) M. *ἀπὸ ὥρας ϑ' καὶ ϑς' μορίου ὥρας* 10) L. *ἐννέα μορίων* 11) L. *ας' μορίων* 12) M. *ϑ'*

Atque semuncias quidem omissas, quod in Vind. de industria factum esse putares, nisi uno die vicesimo sexto 8 h. $6^1/_2$ unciae traderentur, itemque signa S = ἕξ et ς = ἥμισυ (sic enim exarantur in codice vetustissimo F.) totiens commutata dubium non est quin singulis debeamus librariis; qui iidem vocis *καὶ* littera *ι* inducti quinto die e numero iam corrupto (ὥρας) *γ' καὶ ιϛ'* (*μορίων*) in Vind. et in Geoponicorum codd. L. M. *γ' καὶ ϛ'*, nono et vicesimo quarto die e numero (ὥρας) *ζ' καὶ αϛ'* (*μορίων*) in Geop. *ζ' καὶ ιαϛ'*, decimo septimo denique e numero (ὥρας) *α' καὶ ζ'* (*μορίων*) ibidem *α' καὶ ιζ'* fecerunt, praeterea ad numeros praecedentes aut sequentes aberrantes die undevicesimo pro horarum numero *γ'* in Vind. substituerunt unciarum numerum *β'* et in huius locum sequentis diei numerum unciarum corruptum *ιϛ'*, eodemque et quarto die pro numero unciarum *β'* in Geop. praecedentium sequentiumque horarum numerum *γ'*, tum in Vind. receperunt vicesimo septimo die sequentis diei numerum horarum *ι* pro recto *ϑ'*, et duodetricesimo pro unciarum numero *γϛ'* sequentem horarum *ια'*, denique eodem numero repetito *ὥρας ϑϛ'* duodecimo die in Geoponicorum cod. M., vicesimo septimo in F. H. M. in *ὥρας ϑ' καὶ ϑϛ' μορίων*, in L. in *ὥρας ϑ' καὶ ϑ' μορίων* mutaverunt. Etiam quinti diei itemque vicesimi numerum perversum *ιϛ'* unciarum pro *ιαϛ'* in Vindanionium et Geop., deinde tertii decimi et duodetricesimi numerum (*ὥρας*) *ι καὶ ιϛ'* (*μορίων*) pro *ι καὶ γϛ'* in Geoponica ita irrepsisse censeo, ut librarius, postquam *ϛ'* pro *ς'* legit, illic numerum *α'* iam ineptum neglegeret, hic numerum *γ'*, cui iuxta *ϛ'* locus non iam erat, pro *ι* putaret. Contra in Vindanionio pauca quaedam explicare non possum. Namque ut in interpretis exemplari Graeco diei tertii decimi *ἑκτημορίου* — sic enim ibi die tertio decimo et duodecimo pro *ϛ' μορίων*, itemque die quarto et nono *τριτημορίου* pro *γ' μορίων* scriptum fuisse apparet, confer diem tertium et quartum in nostris Geoponicorum codicibus — e *καὶ γϛ' μορίων* corruptum esse dicas, semper manet noni diei *τριτημορίου* et vicesimi quarti *β' μορίων*, quae quo modo nata sint, ego conicere nequeo. Quamquam non dubito omnes numeros inde a die 3. (18.) usque ad 13. (28.) secundum Bilfingeri rationes emendare. Primi (16.) diei horam dimidiam pro $9^1/_2$ unciis ipse mutare non audet. Quam affert explicationem, auctorem initio voluntate posuisse numerum minus subtilem, ego probare non possum; qui enim in ceteris indicavit semuncias,

hic neglegeret totum quadrantem? Potius dederim numero ϑ' amisso eam quae supererat semunciam pro dimidia hora cessisse. At tum haeres in die secundo: ibi cum in ratione subtili semis locum non habeat, dimidiam horam casui tribuere non licet; sin sive auctor sive quis librarius de industria pro septunce substituit, cur septimo decimo die servavit numerum ζ'? Similiter si auctor, cum in fine propter numerum vitiosum dodrantis et semunciae sesquiunciam deesse sentiret, in die 14. (29.) rationem sarcire conatus est, pro una uncia β' vel βς', minime vero γ' scribere debuit. Sin corruptum numerum esse dicis, cum neque qua de causa aut quo modo hoc factum sit, appareat, et omnes codices sicut in die 1. (16.) et 2. cum Vind. Syr. consentiant, hos tres locos iam aut in Geoponicorum fonte Vindanionio aut in utriusque auctore communi corruptos fuisse statuendum est. Quare Cassiano Basso certe sicut traduntur codicibus eos relinquendos esse censeo.

Eiusmodi igitur subsidia si ubique adessent, praeclare ageretur. Quid vero facias I 15? ubi L. M. deficiunt, F. H. cum sociis Marc. 294 Vatt. 215. 216 Neap. 309 haec tradunt: *Ἄλλο περὶ χαλάζης. Ἀφρικανοῦ.* (F. Neap. om.) *Ξύλα* (Neap. *ξύξα*) *δαφνήσας παρθένου κνήμας ἀλλιορίσαν·* (F. *ἀλληωρῆσαι*) *τῆς δὲ* (Marc. 294 om.) *ἕκαστον καθ' ἕκαστον κλῆμα χρὴ εἶναί τε καὶ χῶσαι.* Needhamius codicum Long. Bod., quos ego hoc loco non contuli, et Fol. verba ita refert: *Ἄλλο περὶ χαλάζης· Ἀφρικανοῦ. Ξύλα δαφνήσας παρθένου κνήμας ἀλλιόριζαν. Τῆς δὲ* (ut Long.) vel — *εἰς ἕκαστον κλῆμα χρὴ εἶναί τε καὶ χῶσαι.* quae non accurate collata esse ex eo ipso cognoscas, quod non solum Fol. a Long. discrepare dicitur, sed etiam Bod., quem ex eo ad litteram descriptum esse Ne. recte perspexit. In ea quidem, quae emendavit Niclasius *Ξύλα δάφνης, τοὺς παρθένου μῆνας, ἀλλιόριζαν εἰς ἕκαστον κλῆμα χρὴ θεῖναί τε καὶ χῶσαι,* nostrorum codicum *τῆς δὲ ἕκαστον καθ' ἕκαστον* non quadrat. Quid enim feminino cum voce *ἕκαστον*? Verum etiam cum voce *ἀλλιόριζαν* hybrida, quam usu venire non probavit, tum verbi *κλῆμα* significatione Niclasii emendationi diffidere cogor. Quod cum semper in Geop. vim habeat sarmenti (cf. V 8 sqq. et imprimis 14), hic valet *ἄμπελος*? Multi praeterea sit laboris ad singulas vites talia defodere. Malim *ἕκαστον καθ' ἕκαστον κλίμα* i. e. singula in singulas caeli regiones nisus I 11, 1 *ἀπὸ τῶν τεσσάρων κλιμάτων* et II 42, 1 *εἰ ἐν ταῖς γωνίαις ταῖς τέσσαρσι*

καὶ ἐν μέσῳ τῆς ἀρούρης (sic F. H. M. P., L. deficit) ἐμπήξειας ῥοδοδάφνης κλάδους. Reliqua ut mihi non satis probari iam dixi, ita quomodo melius restituam non habere me fateor.

Cui porro credendum est XV 2, 5? Utrum L. excerptori, cuius νομῇ defenditur F. H. lectione μόνη, an α. librario, cuius litterae corruptae ὅτι μὴ in M. P. servatae similiores sunt voci ὀσμῇ Vind. Syr. XIII 1 traditae?

Aut unde lucem petamus in eiusdem capitis § 38, ubi F. H. χαίρουσι γὰρ μέλιτται (H. -σσαι) τῇ εὐωδίᾳ καὶ ἄνθεσιν· εἰκότως εἶναι μέλιτος δημιουργοῖς habent, M. P. ἄνθεσιν εἰκόσιν εἶναι, L. ἄνθεσιν· εἰκότως· οἷα δὴ μέλιτος τῷ ὄντι δημιουργοί? An ex Vind. Syr.? Cuius verba XIII 2 χαίρουσι γὰρ μέλισσαι τῇ εὐωδία διὰ τὸ μέλι καὶ τὴν ἴασιν αὐτοῦ non solum ab eis quae traduntur Geoponicorum codicibus, sed etiam a ratione tam longe absunt, ut ipsa corrupta esse videantur.

Aut quem sequamur XVIII 2, 1, ubi in L. κατεστορεσμένους, in F. H. καταστορεσθέντας, in M. P. καταστρωθέντας legimus? Quorum nulli maiorem fidem habere licet quam reliquis. An alios Geoponicorum locos consulamus? Quorum in his rebus tanta est dissensio atque inconstantia, ut, etiamsi decem aliis locis traderetur καταστρωθέντας, tamen hic καταστορεσθέντας ut falsum condemnare non audeam.

In tanta omnium fontium inconstantia ac perturbatione nihil relinquitur nisi ut sequamur, quod eius fieri potest, codicem F. si non ubique optimum, at longe integerrimum, sin minus, ex L. M. aut etiam H. P. quamlibet recipiamus lectionem, dum ne auctoris sententiae repugnet.

Quodsi II 7 titulo F. H. addunt διοφάνους, M. P. διονυσίου, quoniam utrumque ferri nequit, recipiam διοφάνους. Similiter § 3 addam ἀφρικανοῦ, novum incipere caput non audeo. Nam etiamsi ἀφρικανοῦ non tantum F. H. in margine verum etiam L. ita servatum, ut sicut in Vindob. 137 capitis 7 titulus et §§ 1. 2 omitterentur, § 3 inscriberetur ἀφρικανοῦ tituli loco, neque ex ipso capite neque e vicinia irrepsisse potest, nec mirum esset, si § 3, quae, si vis subtilis esse, non iam attinet ad titulum περὶ ὑδάτων καὶ πῶς δεῖ τὸ ὄμβριον ὕδωρ συνάγειν, suum haberet titulum πῶς ὑγιεινὸν δεῖ τὸ ὕδωρ ποιεῖν, tamen obstat, quod ne in indice quidem capitum in F. M. servato superest vestigium huius tituli.

Contra I 3 M. verba recipiam, etsi non satis liquere mihi, cum de illo agerem, monui; nam § 3 quin in a. corrupta fuerit, vix est dubium.

VI 5, 2, quam iam, cum de L. agerem, emendare coepi, primum hoc tenendum est, *ἀπολάμπουσα* et L. et F. H. servatum iam fuisse in archetypo communi A.; itaque non aliam novi rationem vocem aptiorem codicis M. *ἀναπέμπουσα* servandi, nisi hanc, ut coniciam A. librarium, postquam voce *λαμπρὰ* inductus pro *ἀναπέμπουσα* perverse scripsit *ἀπολάμπουσα*, hoc in mg. correxisse; quam correctionem a librario M. (*α.*) suo loco receptam, ab L. a. neglectam esse. Tum vero etiam huic soli crimini danda est F. H. corruptela, nam qui primus omisit verba *λαμπρά* [· *δοκιμάζουσι* — *καπνὸν ἀπο*]*λάμπουσα*, eum iam in archetypo suo invenisse *ἀπολάμπουσα* necesse est. Eadem ratione defendi possunt *δοκεῖ* L. et *ἂν* F. H. (a.); verum hic cum ipsa quadrent verba duobus testibus tradita *ἔσται* (a. M.) et *ὡς* (L. M.), haec tenere malim. Postremo praeferam verba L. *παχὺν τὸν καπνὸν* lectioni M. *παχύτερον καπνόν*, cui et deest articulus nec respondet forma *ἡ δὲ λεπτόν*. Sic igitur legam totam paragraphum: *καθόλου δὲ καλλίων ἡ λαμπρά· δοκιμάζουσι δέ τινες πίσσαν οὕτως· στυπίον εἰς ἑψομένην ταύτην ἀνάπτουσι· καὶ ἡ μὲν παχὺν τὸν καπνὸν ἀναπέμπουσα βελτίων ἔσται· ἡ δὲ λεπτὸν ὡς φαύλη ἀποδοκιμάζεται.*

X 4, 6 tradunt F. H. *τοῦτο οὐ λανθάνει τὸν γεωργόν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἐρᾶται καὶ αἵρεται· ἀγνοεῖ δὲ ποῖον*, M. P. *ἀλλ' ὅτι μὲν ἐρᾷ τε καὶ ἐρᾶται οἶδεν· ἀγνοεῖ δὲ ποῖον*, L. *ἀλλ' ὅτι μὲν ἐρᾷ τινος ἑτέρου φυτοῦ οἶδεν· ἀγνοεῖ δὲ ποῖον*. Huius librarium rursus suo Marte emendasse apparet; magis commendantur verba M. P., quorum *ἐρᾶται* in F. H. (*αἵρεται*), *οἶδεν* in L. videtur servari. Verum illud *ἐρᾶται* quamvis arrideat primo aspectu, si subtilius quaeras, hic locum non habet: unde enim sciat agricola palmam amantem etiam amari? Quare etiam *α.* librarium hoc *ἐρᾶται* coniecisse atque a lectione F. H. proficiscendum esse puto, ex qua paucissimis litteris mutatis restituitur *ἀλλ' ὅτι μὲν ἐρᾷ, τεκμαίρεται· ἀγνοεῖ δὲ, ποῖον*, id quod iam receperunt editores, sed verba corrupta *καὶ ἐρᾶται* non eiecerunt. Tum vero etiam deleri oportet verbum *οἶδεν*: quod a librariis *α.* et L. singulis sponte interpolatum esse si cui nimis mirum videatur, iam ab A. librario, ut vocem rariorem *τεκμαί-*

ρεται explicaret, margini adscriptum inde in textum irrepsisse crediderim.

Summam codicum discrepantiam habemus X 90, 5 *δένδρα οὐ σκωληκιάσει, ἐὰν γυμνώσας τὰς ῥίζας περιστερῶν κόπρον* (H. Fol. Long. Bod. *κόπρῳ*) *κύκλῳ χρίσῃς* F. H., *περιχρήσῃς* L., *χύσῃς* M., *περιχώσῃς* P. Neque aliorum auctorum, quippe quorum nullus hanc ipsam curationem servasse videatur, neque ipsorum Geoponicorum praesto est testimonium, quo uti possimus: ut enim vox *κόπρος* cum variis verbis vario modo coniungitur, velut (*ἐπι*-)(*κατα*-)*βάλλειν* II 21, 3. V 26, 5. X 90, 3. XII 4, 2; *ἐπιρρίπτειν* II 21, 3; 5. V 26, 4; *ἐπιτιθέναι* II 21, 3. III 3, 4 *προςφέρειν* IX 9, 3, *διδόναι* ibid. § 4; *σπείρειν* II 19, 3; *οὔρῳ βρέξαντα* (*μιγεῖσαν*) *κατα*(*περι*)*ρραίνειν* V 49, 2. X 89, 2; *οὔρῳ καὶ κόπρῳ λύσαντα καὶ βρέξαντα φυλάττειν* II 18, 16, ita nusquam occurrit neque *χρίειν* neque *χεῖν* neque *χωννύναι*. Tamen cum et ubicunque stercus usu venit liquidum, addatur *οὔρῳ βρέξας* vel aliquid simile, et columbinum, de quo ipso hic agitur, tam aridum sit, ut, ubicunque adhibetur plantis, spargi in modum cineris aut ex ipsis verbis appareat, cf. II 19, 3 *τινὲς δὲ τὴν τῶν ὀρνίθων κόπρον, μάλιστα δὲ τὴν τῶν περιστερῶν, ἀναμίξαντες εὐφορίας ἕνεκεν σπείρουσιν* et 21, 5 *πολὺ δὲ καλλίων ἡ τῶν περιστερῶν πολὺ τὸ θερμὸν ἔχουσα· διό τινες μὴ σκευάζοντες αὐτὴν, ἀλλ᾽ ὁποία ἐστὶν ἐῶντες σὺν τῷ σπόρῳ ἐπιῤῥίπτουσιν ἀραιοτέραν,* aut verisimile sit, cf. V 26, 4 *δεῖ δὲ ἑκάστῃ τῶν ἀμπέλων ὁποίας δήποτε κόπρου ἐκ τῶν προειρημένων* (*βοῶν, προβάτων, χοίρων, περιστερῶν*) *δ᾽ κοτύλας ἐπιρρίπτειν* et XII 4, 2 *δευτέρα κόπρος ἡ τῶν περιστερῶν . . . . ., κἂν ὀλίγον δὲ ἐξ αὐτῆς καταβληθῇ, τὸ αὐτὸ δράσει, ὅπερ ἄλλης τὸ πλῆθος,* et *χρίσῃς* irrepere potuerit e § 4 *ταυρείᾳ χολῇ περιχρίσῃς τὰς ῥίζας, χώσῃς* et quod facile ex eo corrumpi poterat *χύσῃς* unde sumptum sit, nisi iam scriptum erat ab auctore, dicere nequeam, praefero P. *περιχώσῃς*.

Rursus alia quaestio est XI 29, ubi haec editorum verba iam in arch. A. fuisse codicum F. H. M. communi probatur testimonio: *καὶ γῆ τιμῶσα Διόνυσον ἄνθος ἀνῆκεν ὁμώνυμον βλάστημα σώζουσα τὰ τοῦ νέου βλαστήματα· προϊὼν* (scil. *ὁ κιττὸς*) *μὲν γὰρ ἐκ γῆς ἄμπελον περιπλέκεσθαι πέφυκεν οὕτω περιπλεκόμενος, ὡς ὅτε νέος ἐχόρευεν.* (M. falso ex initio capitis substituit *ἐτύγχανεν*). Ex his *βλάστημα* supervacaneum, *βλαστήματα* plane ineptum esse quis

neget? Quare hoc emendare conatus Niclasius belle coniecit *βλαισὰ σχήματα*. Verum audiatur et altera pars. L. enim locum sic tradit: *καὶ γῆ τιμῶσα τὸν Διόνυσον ἄνθος ἀνῆκεν ὁμό-* (l. *ώ*)*νυμον σῶζον τὸ τοῦ νέου ἰδίωμα· προϊὸν γὰρ ἐκ γῆς ἀμπέλῳ περιπλ. πέφ. οὕτω περιπλεκόμενον δῆθεν τῷ Διονύσῳ, ὡς ὅτε ἐχόρευεν αὐτῷ*. Neque, si velis, difficile sit utramque lectionem coniungere. Veluti dicas librarium A. in exemplari suo invenisse glossam *βλάστημα* (vel *βλαστήματα?*) vocis *ἄνθος*, recepisse vocabuli *ἰδίωμα* loco: quod perversum esse postquam intellexit, ipsum in margine adscripsisse ad *ἄνθος* rursus *βλάστημα*, ad *βλάστημα*(*τα*) vocem *ἰδίωμα*: *α*. et a. autem librarios hoc neglexisse, illud ceteris verbis inseruisse post *ὁμώνυμον*. At librarium L. locos obscuros temere mutasse iam toties vidimus, ut, ubi non omnia ad unguem quadrant, eum sequi non audeam; neque vero causam video, cur librarius A. scriberet *βλαστήματα, σώζουσα, ἄμπελον* pro *βλάστημα, σῶζον, ἀμπέλῳ, προϊὼν* et *περιπλεκόμενος* pro *προϊὸν* et *περιπλεκόμενον*, omitteret *αὐτῷ* et *δῆθεν τῷ διονύσῳ*, quod potius a librario quodam dicas additum esse voci *ἀμπέλῳ*. Relinquitur, ut testem capitis citemus, quem unum repperit Gemoll, Untersuchungen p. 20, Nicolaum Progymnasmaticum (II 5, in Westerm. *Μυθογρ*. p. 376). At fugit improbus haec nobis relinquens verba inutilia: *Γῆ δὲ τιμῶσα Διόνυσον ἄνθος ἀνῆκε χορεῦον καὶ μετὰ θάνατον τῷ θεῷ· ὅθεν ὁ κισσὸς περιέχει τὴν ἄμπελον τὸ Διονύσου φυτὸν, ὡς ὅτε νέος ὑπάρχων ἐχόρευεν*. Itaque quoniam nullo modo tolli potest dubitatio, mihi optimum videtur esse in ipso textu verba F. H. M., quae in arch. A. fuisse constat, quamvis corrupta sint, servare, cetera addere in apparatu critico.

XII 41 § 2 denique F. H. tradunt corruptam his verbis: *ὅταν συννεφῇ τὸν ἀέρα ἴδῃς, ὡς ὄμβρον ἐπικεῖσθαι· οὕτω γὰρ ἔσονται μύκητες αὐτόματοι*. L. totum omittit caput; contra quod post *ἐπικεῖσθαι* addunt M. P. *καῦσον*, loci sententiam optime restituit. At cum in Vind. Syr. XII 25 ita legatur locus: *ἅμα τῷ ἰδεῖν τὸν ἀέρα ὡς ὄμβρον ἐπικεῖσθαι, ἐπιμελοῦ καὶ καῦσον αὐτὰ* (*τὰ φρύγανα* scil.), *ὅπως ὄμβρος ἔλθῃ καὶ σβεννύῃ* (v^e^nauqar, et opprimat; sic enim conicio pro editionis verbo perverso v^e^nauqeð *καὶ ἀνάψῃ*) *τὴν φλόγα τοῦ πυρός· καὶ οὕτως ἔσονται μύκητες αὐτόματοι*, suspicor illud *καῦσον* M. P. coniecturam esse librarii *α*. et iam in A. defuisse plura verba eis quae habet Vindanionius Syriacus similia. Ut igitur *καῦσον*, dum certiora re-

periantur, in textum recipiendum esse censeo, ita haud scio, an addendum sit signum, quo quid deesse moneatur.

Quare hos locos eisque similes qui in editione legent, satis habeant in apparatu critico, quid tradant codices, notari; in ipso textu si alius alium locum melius emendabit, ego ei non invidebo consolaborque me eisdem quibus Columella verbis, quae in operis sui clausula tradidit: Nec canis cunctarum rerum natura dedit prudentiam.

Restat, ut pauca addamus de communi omnium codicum archetypo. Quem cum variis notis instructum fuisse tum nequaquam mendis vacasse haud paucis locis vidimus: itaque non possum Gemollio assentiri, qui (Untersuchungen p. 256) dicit: Wir haben im Marcianus ganz offenbar die Abschrift einer hs., welche ein Schreiber für den Sohn des Verfassers besorgte; etenim cum filii exemplar describeretur, patris opus iam adeo corruptum fuisse vix credibile est. Quamvis igitur discrepet prooemium uno F. traditum a titulo atque librorum VII. VIII. IX tamquam dedicationibus solo M. servatis, utraque in editionibus ferenda erunt, dum fuerintne ambo in archetypo communi necne, effici queat testimoniis certioribus.

Contra singulorum capitum qui feruntur auctores quin iam archetypi adscripti fuerint margini, non dubito. Quod enim Gemoll (Unters. p. 227 Anm.) contendit: Marcianus 524 hat vor sämmtlichen capp. des 16. Buchs keinen Autornamen, parum accurate dictum est: nomen quidem in M. exstat nullum; at fere ubicunque F. et L. de more pro praecedentis capitis nomine repetito *τοῦ αὐτοῦ* tradunt, idem legimus in M.; unde efficitur libri XVI nomina in Marciani archetypo non defuisse, sed adeo evanuisse, ut librarius M. praeter litteras *τοῦ αὐτοῦ* e reliquis Geoponicorum libris sibi promptas nihil cognosceret. Atque haec sicut alia illius archetypi folia talibus temporum iniuriis obnoxia fuisse apparet etiam aliquot verbis in ipsis capitibus omissis: XVI 1, 9 *διδύμους μικρούς*; § 15 *δὲ φυομένους κοίλους*; 3, 3 *τροφὰς*; § 4 *ὕδατι παρα]τιθέασιν*; 5, 1 *δραχμὴν μίαν· ἐλαίου*; 9, 4 *καρδαμώμου*; 18, 3 *καὶ ἀλεύρου πυρῶν ἑκάστου μέ]ρους*; 21, 3 *ὑπη[ρετεῖ* et *καὶ οὐδέποτε* 22, 3 *βα[κτριανὴν κάμηλον,* ubi librarius de more litterarum obscurarum spatia reliquit. Quamquam si nomina eadem qua in M. ratione etiam in archetypo per textum dispersa erant, mirum videtur, cur haec ipsa semper perierint, praesertim cum e paucis locis reliquis nullus eos neque

praecedat neque sequatur. Quod si quis ita explicare conetur, ut nomina rubro, cetera atramento exarata fuisse dicat, tamen altera difficultas manet, cur reliquorum verborum spatia librarius servaverit, nominum neglexerit. His causis commotus ego censeo auctorum nomina in Marciani archetypo sicut hodie quoque in F. in margine coniuncta fuisse ideoque vitiata esse prae ceteris verbis. Simili ratione ubique in M. L. modo ante titulos, modo post eos, modo in mg. inveniuntur, quippe quae librarii, ubi salvo sensu facere poterant, inter duos proximos versus archetypi e margine receperint, reliqua, ubi non obliti sunt, eodem quo in archetypo erant loco, hoc est in margine, addiderint.

Horum igitur locum ut recte videtur servasse F., ita indicum M., id quod iam supra commemoravi. Qui num iidem sint atque quos composuit argumentorum auctor, fuerintque olim cum auctorum nominibus coniuncti, an iam Cassianus Bassus ea qua nunc habemus ratione composuerit, difficillimum sit iudicare: neque est huius disputationis, qua ea sola tangere in animo fuit, quae pertinerent ad eius ipsius, quod nunc habemus, operis verba constituenda.

Corrigenda.

p. 39 l. 14	pro XIV 9, 2	lege	XIV 9, 3.
— 44 — 21	prooem. 2 et 7	—	prooem. 2 et 11.
— — — 29	§ 7	—	§ 11.
— 58 — 31	δάκρουν	—	δάκρυον.
— 68 — 3	XV 2, 11	—	XV 2, 10.
